

Flemish Ms. late 15th century

This was probably executed by one or more of the Horebout family . These or some of the miniatures are extremely fine + probably painted by Gerard Horebout, one of the most famous painters of his time. + born somewhere about 1460

The date "a° .24" (1524) occurs in the border to December in the Calendar (fol. 12.b)



KL Januarius. xxxj.
Luna xxx.

iij	a	Circumcisio domini
	b	Octaua s. stephani.
xi	c	Octaua s. iohannis
	d	Oct. sanctorum innocentium
xix	e	
viij	f	Epyphania domini
	g.	ysidori martyris
xvi	a	
v	b	Iudoci confessoris.
	c	Pauli primi heremite.
xiij	d	Saturnini martyris.
ij	e	
	f	Octaua epyphanie.
x	g	Felicis presbiteri.

	a	Mauri abbatis.
xviii	b	Marcelli pape:
vii	c	Anthonii abbatis.
	d	Prisce uirginis.
xv	e	
iiii	f	Fabiani & sebastiani.
	g.	Agnetis uirginis.
xii	a	Vincentii martyris.
i	b	Emerenciane uirgis.
	c	
ix	d	Conuersio pauli.
	e	Policarpi episcopi
xvii	f	
vi	g	Agnetis secundo.
	a	
xiiii	b	Aldegundis uirgis.
iii	c	Acinecti martiris.







Februarius xxviii.
Luna xxix

	d	Brigide virginis.
xi	e	Purificatio marie v̄.
xix	f	Blasii episcopi.
viii	g.	
	a	Agathe virginis.
xvi	b	Amandi episcopi.
v	c	
	d	Appollonie virginis
xiii	e	Ausberti episcopi.
ii	f	Scolastice virginis.
	g.	
x	a	
	b	Victoris martyris.
xviii	c	Valentini martyris.



vii	d	Gilberti abbatis.
	e	Iuliane virginis
xv	f	
iiii	g.	
	a	Galli abbatis.
xii	b	Eleutherij episcopi
i	c	
	d	Cathedra petri. apli.
ix	e	Policarpi episcopi.
	f	Mathie apostoli.
xvii	g.	Donati martiris.
vi	a	
	b	Alexandri episcopi.
xiiii.	c	Romani martiris.

Martius xxxi.
Luna xxx.



iii	d	Albini episcopi.
	e	
xi	f	Eusebii episcopi.
	g.	Adriani martiris.
xix	a	
viii	b	Quinani martiris.
	c	Perpetue virginis.
xvi	d	
v	e	Ponci martiris.
	f	Gordiani martirus.
xiii	g.	
ii	a	Gregorii pape.
	b	
x	c	Felicissimi martiris.





	d	Longini martiris.
xviii	e	Matrone uirginis.
vii	f	Gertrudis uirginis.
	g.	Theodori martiris:
xv	a	Joseph confessoris.
iiii	b	
	c	Benedicti abbatis.
xii	d	
i	e	Maximi episcopi:
	f	
ix	g	Annunciatio marie.
	a	Theodori episcopi.
xvii	b	Resurrectio domini.
vi	c	
	d	Saturnini confessoris:
xiiii	e	
iii	f	Pastoris episcopi:




		[KL] Aprilis	xxx
		Luna	xxix
	g.	Poncij martiris.	
xi	a	Marie egypciace	
	b		
xix	c	Ambrosij episcopi.	
viii	d		
xvi	e	Celestini pape:	
v	f	Sixti pape et martyris	
	g.		
xiii	a	Theodosie virginis.	
ii	b		
	c	Leonis pape:	
x	d		
	e	Eufemie virginis:	
xviii.	f	Tyburcii et valeriani:	





vii	g.	Olimpiadis mris.
	a	
xv	b	Vrsmari episcopi.
iiii	c	
	d	Eleutheri episcopi.
xii	e	
i	f	Marcelli episcopi.
	g.	Fortunati martiris.
ix	a	Georgii martiris.
	b	
xvii	c	Marci euangeliste.
vi	d	Cleti pape et martiris.
	e	Anastasii pape et m.
xiiii	f	
iii	g.	Petri noui martiris.
	a	Germani episcopi.






	KL	Mayus xxxi.
		Luna xxx.
xi	b	Philippi et iacobi.
	c	Germani martiris.
xix	d	Inuentio s. crucis.
viii	e	Walburgis virginis.
	f	
xvi	g	Iohannis an porta l.
v	a	Iuuenalis confess.
	b	
xiii	c	
ii	d	Cordiani martyris.
	e	Marie ad martires.
x	f	
	g	Seruacii episcopi.
xviii	a	Aquilii episcopi.



vij	b	ysidori martyris.
	c	
xv	d	Brandani martyris.
iiij	e	Torpeti martyris.
	f	Potentiane virginis.
xij	g.	
i	a	Helene regine.
	b	
ix	c	Transfiguratio dñi.
	d	
xvij	e	Urbani pape ⁊ mr̃s.
vj	f	Translatio augustini.
	g.	
xiiij	a	Rouberti episcopi.
iij	b	Eutropij episcopi.
	c	
xi	d	Petronille virginis.





	KL	Junius ⁝ xxx
		Luna ⁝ xxix.
	e	
xix	f	Marcellini martyris.
viii	g.	
xvi	b	Cypriani episcopi.
v	b	Bonifacii episcopi.
	c	
xiii	d	Luciane virginis.
ii	e	
	f	Primi ⁊ feliciani.
x	g.	Landoaldi episcopi.
	a	Barnabe apostoli.
xviii	b	Basilidis sociorũqȝ ei
vii	c	
	d	Basilii episcopi.



xv	e	Viti ⁊ modesti.
iiii	f	
	g	Ferreoli presbyteri
xii	a	
i	b	Geruasii ⁊ prothasii.
	c	Vitalis martyris.
ix	d	Albini martyris
	e	
xvii	f	Vigilia.
vi	g.	Natiuitas iohannis
	a	Eligii episcopi.
xiiii	b	Iohannis ⁊ pauli:
iii	c	
	d	. Vigilia.
xi.	e	Petri ⁊ pauli aplorũ
	f	Commemorõ pauli



		Julius xxxi
		Luna xxx.
xix	g.	Oct. iohannis bap.
viii	a	Visitatio marie v.
	b	Transl. sancti thome.
xvi	c	Domiciani mris:
v	d	
	e	Oct. petri et pauli
xiii	f	
ii	g.	Kyliani martyris.
	a	
x	b	Septem fratrum.
	c	Benedicti abbatis.
xviii	d	Cleti pape et mris:
vii	e	
	f	Amelberge virginis.

xv	g.	Diuisio apostolorū.
iiij	a	
	b	Alexi confessoris.
xij	c	Iusti episcopi.
i	d	
	e	Margarete virginis.
ix	f	Praxedis virginis.
	g.	Marie magdalene.
xvij	a	
vj	b	Christine virginis.
	c	Iacobi et christofori
xiiij	d	Anne matris marie.
iij	e	
	f	Panthaleonis mris.
xj	g.	
	a	Abdon et sennes.
xix	b	Germani episcopi.





Augustus habet dies xxxi. Luna xxx.

vii	c	Ad vincula petri
xvi	d	
v	e	Inventio stephani
	f	Nichomedi martyris
xiii	g	Dominici confessoris
ii	a	
	b	Donati episcopi
x	c	Ciriaci sociorumque eius
	d	Vigilia
xviii	e	Laurentii martyris
vii	f	Tiburcii sociorumque eius
	g	Clare virginis
xv		
iiii	b	Vigilia





	c	Assumptio marie v.
xii	d	Arnulphi episcopi.
i	e	Octaua laurentij.
	f	
ix	g.	Agapiti martiris.
	A	
xvii	b	Priuati martiris.
vi	c	Octaua beate marie.
	d	Thimothei martyris
xiiii	e	Bartolomei apli.
iii	f	Ludouici regis francie
	g.	
xi	A	
	b	Augustini episcopi :
xix	c	Decollatio iohis bap
viii	d	
	e	Paulini episcopi.





September xxx.
Luna xxix.

xvi	f	Egidii abbatis.
v	g	Iusti episcopi.
	a	
xiii	b	Eleutherii episcopi.
ii	c	Sertini abbatis.
	d	
x	e	Euorcii episcopi.
	f	Nativitas marie vir-
xviii	g	ginis.
vii	a	
	b	Guidonis confessoris.
xv	c	Hugonis episcopi.
iiii	d	Philippi et iacobi.
	e	Exaltatio s. crucis.








xii	f	Octaua beate marie.
i	g	Eufemie uirginis.
	a	
ix	b	Columbani martiris.
	c	
xvii	d	Vigilia.
vi	e	Mathei apostoli.
	f	Mauricii martyris.
xiiii	g	Tecle uirginis.
iii	a	
	b	Firmini episcopi.
xi	c	
	d	Cosme et damiani.
xix	e	
viii	f	Michaelis archangeli
	g	Ieronimi presbyteri.

Octobr xxxi.

Luna xxx.

xvi	A	Remigii & bavonis.
v	b	Leodegarii episcopi.
xiii	c	
ii	d	Francisci confessoris.
	e	
x	f	Marci pape.
	g.	
xviii	A	Benedicte virginis.
vii	b	Dyonisii episcopi.
	c	Gereonis confessoris.
xv	d	
iiii	e	
	f.	Calixti pape.
xii	g.	Donatiani episcopi.





i	a	Wulfranni episcopi.
	b	
ix	c	Luciani martiris.
	d	Luce euangeliste.
xvii	e	Pellagie uirginis.
vi	f	
	g.	xi m uirginum.
xiiii	a	Seueri episcopi.
iii	b	Seuerini martiris.
	c	
xi	d	Crispini crispiniani.
	e	
xix	f	Vigilia.
viii	g.	Symonis et iude apostolorum.
	a	
xvi	b	Saturnini episcopi.
v	c	Vigilia.





Nouember xxx.

Luna . xxix.

	d	Omnium sanctoruz.
xiii	e	Omnium animaruz:
ii	f	
	g.	Eustachij episcopi.
x	a	
	b	Leonardi confessoris.
xviii	c	Willebrordi episco.
vii	d	Quatuor coronatorum
	e	Theodori martiris.
xv	f	
iiii	g.	Martini episcopi
	a	Liuini episcopi.
xii	b	Brixii martiris.
i	c	Clementini mris:





	d	Machuti episcopi.
ix	e	
	f	Otmari confessoris.
xvii	g.	Octaua s. martini.
vi	a	Elyzabeth vidue.
	b	
xiiii	c	Columbani mris.
iii	d	Cecilie virginis.
	e	Clementis pape.
xi	f	
	g.	Katherine virginis.
xix	a	Lini pape et mris.
viii	b	Maximi episcopi.
	c	
xvi	d	Vigilia.
v	e	Andree apostoli.

		December xxxj.
		Luna xxx.
xiij	f	Eligij episcopi.
ij	g.	Candide virginis.
	a	
x	b	Barbare virginis.
	c	
xviij	d	Nicolai episcopi.
vij	e	Octaua s. andree.
	f	Conceptio marie virg.
xv	g.	Innocencij pape.
iiij	a	
	b	Damasi pape.
xij	c	
i	d	Lucie virg. Iudoci cf.
	e	Nicasij episcopi.





ix	f	Otilde uirginis.
	g.	
xvii	A	
vi	b	Agricole uirginis.
	c	Melciadis pape.
xiiii	d	
iii	e	Thome apostoli.
	f	Theodosie uirginis.
xi	g.	
	A	Uigilia.
xix	b	Natiuitas domini.
viii	c	Stephani martiris.
	d	Johannis euangeliste
xvi	e	Scōr innocentium
v	f	Thome episcopi cant.
	g.	Perpetui episcopi.
xiii	A	Siluestri pape.





Oratio de sancta ueronica:

Salue sancta facies: nostri redemptoris: In qua nitet species: diuini splendoris. Impressa panniculo: niuei candoris: Dataqz ueronice signū ob amoris:

Salue decus seculi speculū sanctorum: Quod uidere cupiūt spiritus celorum: Nos ab omni macula: purga uiciorum: Atqz nos consortio: iunge beatorum

Salue nostra gloria: in hac uita dura: labili et fragili: cito tran





situra. Nos perduc ad patriaz
o felix figura: Ad uidendum fa
ciem: que est christi pura
Isto nobis quesumus: tu
tum adiuuamen: Dulce refrige
rium atqz consolamen: Vt nob
non noceat: hostile grauamen:
Sz fruamur requie: omnes di
cant: Amen. V℟. Signatum
ē super nos lumen uultus tui
domine: Dedisti leticiam in cor
de meo. Oratio.
Deus qui nobis signa
tis lumen uultus tui domine
memoriale tuum ad instanti
am beate ueronice ymaginem
tuam sudario ipressam uoluisti

relinquere p passionem & crucē
tuam tribue quesumus ut ita
nunc terris p speculum in enig
mate te uidere adorare honora
re ualeamus ut & iudicem sup
nos uenientem facie ad faciez
uidere mereamur:

QUI VIVIS ET REGNAS
DEVS PER OMNIA SE

cula seculorum: Amen:



Initium sancti euangelij secun
dum iohannem: Gloria tibi
domine:

In principio e
rat uerbum et
uerbum erat
apud deum:
et deus erat uer
bum: Hoc erat in principio apud
deum: Omnia per ipsum facta sunt:
et sine ipso factum est nihil: Quod
factum est in ipso uita erat et ui
ta erat lux hominum et lux in
tenebris lucet et tenebre eam non
comprehenderunt: Fuit homo
missus a deo: cui nomen erat
iohannes: Hic uenit in testio

nium ut in testimonium perhi
beret de lumine: ut omnes crede
rent per illum: Non erat ille lux:
sed ut testimonium perhiberet de
lumine. Erat lux vera que il
luminat omnem hominem ve
nientem in hunc mundum: In
mundo erat: et mundus per ipsum
factus est et mundus eum non co
gnovit: In propria venit: et sui eum
non receperunt: Quotquot au
tem receperunt eum dedit eis
potestatem filios dei fieri: his qui
credunt in nomine eius qui non
ex sanguinibus: neque ex volunta
te carnis: neque ex voluntate vi
ri: sed ex deo nati sunt: Et verbum

caro factum est: et habitauit in
nobis: Et uidimus gloriam eius
gloriam quasi unigeniti a patre
plenum gratie et ueritatis:

DEO GRATIAS



Secundum: Lucam:

In illo tempo
re: Missus ē
angelus ga
briel a deo in
ciuitatem ga
lilee cui no
men nazareth ad uirginem des
ponsatam uiro cui nomen erat
ioseph de domo dauid: et nomen
uirginis maria: Et ingressus ā
gelus ad eam dixit: Aue gratia
plena dominus tecum: benedcā
tu in mulieribus: Que cum audis
set turbata ē in sermone eius: et
cogitabat qualis esset ista saluta
tio: Et ait angelus ei: Ne timeas

maria: inuenisti enim gratiam
apud dominum: Ecce concipies
in utero et paries filium: et uoca
bis nomen eius iesum: Hic erit
magnus: et filius altissimi uoca
bitur: Et dabit illi dominus de
us sedem dauid patris eius et reg
nabit in domo iacob in eternum;
et regni eius non erit finis: Dixit
autem maria ad angelum: Quo
modo fiet istud quoniam uirum
non cognosco: et respondens an
gelus dixit ei: Spiritus sanctus
superueniet in te: et uirtus altis
simi obumbrabit tibi: Ideoque et
quod nascetur ex te sanctum uoca
bitur filius dei: Et ecce elyzabeth

cognata tua ⁊ ipsa cõcepit filiuz
in senectute sua: Et hic mensis
ē sextus illi que uocatur sterilis
q: non erit impossibile apud de-
um omne uerbum: Dixit autẽ
maria. Ecce ancilla domini: Fi-
at mihi secundum uerbum tuũ.

DEO GRATIAS



Secundum matheum:

Cum natus es
set iesus ī beth
leem iude in
diebꝫ herodis
regis: ecce ma
gi ab oriente
venerunt iherosolymam dicētes:
Ubi ē qui natus ē rex iudeorum:
Vidimus enim stellam eius in
oriente: ⁊ venimus adorare eū:
Audiens autem herodes rex tur
batus ē ⁊ omnis iherosolima
cum illo: Et cōgregans omnes
principes sacerdotum: ⁊ scribas
ꝑpli sciscitabatur ab eis ubi xp̄s
nasceretur. At illi dixerunt ei: In

bethleem iude: Sic enim scriptū
est per prophetam: Et tu bethleē
terra iuda nequaquā minima es i
principibꝫ iuda: ex te eniꝫ exiet
dux qui regat populum meum
israel: Tunc herodes clam uoca
tis magis: diligenter didicit
ab eis tempus stelle que appa
ruit eis: et mittens illos i bethleē
dixit: Ite et interrogate diligent
de puero: et cum inueneritis re
nunciate mihi: ut et ego ueniēs
adorem eum: Qui cum audissent
regem abierunt: et ecce stella quā
uiderant in oriente antecedebat
eos: usqꝫ dum ueniens staret
supra ubi erat puer. Videntes

autem stellam gavisi sunt gau
dio magno valde: Et intrantes
domum: invenerunt puerum cum
maria matre eius: et procidentes
adoraverunt eum: Et apertis
thesauris suis obtulerunt ei:
munera: aurum thus et mirram.
Et responso accepto in somnis
ne redirent ad herodem: per a
liam viam reversi sunt in regio
nem suam:

DEO GRATIAS



Secundum ; marcum ;

In illo tempore: Recumbentibus undecim discipulis: apparuit illis iesus: et exprobravit incredulitatem illorum et duriciam cordis: quia his qui viderant eum resurrexisse a mortuis non crediderant. Et dixit illis. Euntes in mundum universum predicate euangelium omni creature: Qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit: qui non crediderit condemnabitur: Signa autem eos qui crediderint hec se

quentur. In nomine meo demo
nia eiicient: Linguis loquent̄
novis: serpentes tollent: et si
mortiferum quid biberint: non
eis nocebit: Super egros man9
imponent: et bene habebunt: Et
dominus quidem iesus postq̄ lo
cutus ē eis: assumptus est in ce
lum: et sedet a dextris dei: Illi au
tem profecti predicaverunt ubi
q3 domino cooperante et sermo
nem confirmante sequentib9
signis.

Deo gratias.

DEVM TIME

PAVPERES SVSTIE

MEMENTO FINIS



Passio domini nostri iesu christi: Secundum matheum:

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis: Scitis quia post biduum pascha fiet et filius hominis tradetur ut crucifigatur. Tunc congregati sunt principes sacerdotum et seniores populi: in atrium principis sacerdotum qui dicebatur cayphas et consilium fecerunt ut iesum dolo tenerent: et occiderent: Dicebant autem: Non in die festo: Ne forte tumultus fieret in po

pulo: Cum autem esset iesus i
bethania in domo symonis le
prosi: accessit ad eum mulier ha
bens alabastrum unguenti pre
ciosi: et effudit super caput ipsi⁹
recumbentis: Videntes autē di
scipuli indignati sunt dicentes:
Ut quid perditio hec? Potuit enī un
guentum istud uenundari mul
to et dari pauperibus: Sciēs autē
iesus ait illis: Quid molesti estis
huic mulieri? Opus enim bonū
operata est in me. Nam semper
pauperes habetis uobiscū: me
autem non semper habebitis:
Mittens enim hec unguentū
hoc in corpus meum ad sepeliē

dum me fecit: Amen dico vob.
ubicumque predicatum fuerit:
hoc euangelium in toto mundo
dicetur: et quod hec fecit in memori
am eius: Tunc abijt unus de
duodecim qui dicebatur iudas
scarioth: ad principes sacerdo
tum: et ait illis: Quid uultis
mihi dare: et ego uobis eum
tradam: At illi constituerunt ei
triginta argenteos: Et exinde
querebat oportunitatem ut eum
traderet: Prima autem die a
zimorum accesserunt discipu
li ad iesum dicentes: Ubi uis
paremus tibi comedere pascha:
At iesus dixit: Ite in ciuitatem

ad quendam: et dicite ei: Magister
dicit: Tempus meum prope est:
apud te facio pascha cum disci
pulis meis: Et fecerunt disci
puli sicut constituit illis iesus.
et parauerunt pascha: Vespere au
tem facto discumbebat cum duo
decim discipulis suis: Et eden
tibus illis: dixit: Amen dico
uobis quia unus uestrum me tradi
turus est: Et contristati ualde ce
perunt singuli dicere: Nunquid
ego sum domine: At ipse respon
dens ait: Qui intingit mecum
manum in parapside: hic me
tradet: Filius quidem hominis
uadit: sicut scriptum est de illo:

Vhe autem homini illi: p quē
filius hominis tradetur bonū
erat ei: si natus non fuisset hō
ille: Respondens autem iudas
qui tradidit eum dixit: Nūqd
ego sum rabbi: Ait illi: Tu dixi
sti: Cenantibꝫ autem eis accepꝰ
iesus panem: ⁊ benedixit: ac
fregit: deditqꝫ discipulis suis
⁊ ait: Accipite ⁊ comedite hoc ē
corpus meum: Et accipiens
calicem gratias egit: ⁊ dedit illꝭ
dicens: Bibite ex hoc omnes:
Hic ē enim sanguis meus no
ui testamenti: qui pro multis
effundetur in remissionem pec
catorum: Dico autem uobis:

Non bibā amodo de hoc geni
mine uitis usqȝ in diem illū.
cum illud bibam uobiscum i
regno patris mei: Et hymno di
cto exierunt in montē oliueti.
Tunc dicit illis iesus: Omnes
uos scandalum patiemini in
me in ista nocte. Scriptum est
enim: Percutiam pastorem: et
dispergentur oues gregis. Post
q̄ autem resurrexero: precedā
uos in galileam. Respondens
autem petrus: ait illi: Et si oēs
scandalizati fuerint in te: ego
nunq̄ scandalizabor. Ait illi ie
sus: amen dico tibi: quia in hac
nocte anteq̄ gallus cantet ter

me negabis. Ait illi petrus. Etiā
si oportuerit me mori tecū: non
te negabo: Similiter ⁊ omnes di
scipuli dixerunt: Tunc venit ie
sus cum illis: in villā que dicit᷑
gethsemani: ⁊ dixit discipulis
suis. Sedete hic donec vadā il
luc ⁊ orē: Et assumpto petro ⁊
duobus filijs zebedei: cepit cō
tristari ⁊ mestus esse: Tunc ait
illis. Tristis est anima mea usq;
ad mortem: Sustinete hic ⁊ vi
gilate mecum: Et progressus
pusillum procidit in faciē suā:
orans ⁊ dicens: Pater mi: si pos
sibile ē transeat a me calix iste.
Verūtamen non sicut ego vo

lo ʒ sicut tu: Et uenit ad disci
pulos suos: ⁊ inuenit eos dor
mientes: Et dixit petro sic: Nō
potuistis una hora uigilare me
cum: Vigilate ⁊ orate ut non ī
tretis in tētationem: Spiritus
quidem promptus est: caro au
tem infirma: Iterum scđo abijt
⁊ orauit dicens: Pr̄ mi: si non
potest hic calix transire nisi bi
bam illum: fiat uoluntas tua.
Et uenit iterum ⁊ inuenit eos
dormientes: Erant enim oculi
eorum grauati: Et relictis illis
iterum abijt ⁊ orauit tertio
eundem sermonem dicens. Tunc
uenit ad discipulos suos: ⁊ ait

illis: Dormite iam ⁊ requiesci-
te: Ecce appropinquabit hora
⁊ filius hominis tradetur in ma-
nus peccatorum: Surgite eamꝰ,
ecce appropinquabit qui me
tradet. Adhuc ipso loquente: ec-
ce iudas unus de duodecim ue-
nit: ⁊ cum eo turba multa cum
gladiis ⁊ fustibus missi a prin-
cipibus sacerdotum ⁊ seniori-
bus populi: Qui autem tradi-
dit eum dedit illis signū dicēs:
Quēcūq; osculatus fuero ipse ē
tenete eum: Et confestim acce-
dens ad iesum dixit: Aue rabbi
Et osculatus ē eum: Dixitq;
ei iesus: Amice ad qd uenisti

Tunc accesserunt et manus inie-
cerunt in iesum: et tenuerunt
eum: Et ecce unus ex his qui erant
cum iesu extendens manum exe-
mit gladium suum: et percutiens
servum principis sacerdotum:
amputavit auriculam eius: Tunc
ait illi iesus: Converte gladium
tuum in locum suum; Omnes e-
nim qui acceperint gladium
gladio peribunt: An putas quia
non possum rogare patrem meum:
et exhibebit mihi modo plusquam
duodecim legiones angelorum:
Quomodo ergo implebuntur
scripture: Quia sic oportet fieri
In illa hora dicit iesus turbis. Ta-

q̄ ad latronē existis cum gla
diys ⁊ fustibus comprehendere
me: Quotidie apud uos sedebā
in tēplo docens ⁊ non me tenu
istis: Hoc autem totum factū ē
ut adimplerentur scripture ꝓ
phetarum. Tunc discipuli oēs re
licto eo: fugerunt: At illi tenētes
iesum: duxerunt ad caypham
principem sacerdotum ubi scri
be ⁊ seniores conuenerant: Pe
trus uero sequebatur eū a lōge:
usqꝫ in atrium principis sacer
dotum: Et ingressus intro sede
bat cum ministris ut uideret
finem: Principes autem sacer
dotum ⁊ omne consilium que

rebant falsū testimoniū contra
iesū: ut eum morti traderent:
Et non inuenerunt cum multi
falsi testes accessissent: Nouissīe
autē uenerunt duo falsi testes: et
dixerunt: Hic dixit: Possum
destruere templum dei: et post
triduum reedificare illud: Et
surgens princeps sacerdotum:
ait illi: Nihil respōdens ad ea
que isti aduersum te testificant̄:
Iesus autem tacebat: Et princi
ps sacerdotum ait illi: Adiuro
te per deū uiuum ut dicas no
bis: si tu es christus filius dei
uiui: Dixit illi iesus: Tu dixi
sti: Veruntamen dico uobis a

modo uidebitis filium hominis
sedentem a dextris uirtutis dei:
et uenientem in nubibus celi;
Tunc princeps sacerdotum scidit
uestimenta sua dicens: Blas
phemauit: Quid adhuc egemus
testibus? Ecce nunc audistis
blasphemiam: Quid uobis uidetur?
At illi respondentes dixerunt: Re
us est mortis: Tunc expuerunt in
faciem eius: et colaphis eum ce
ciderunt: Alii autem palmas in
facie eius dederunt dicentes: Pro
phetiza nobis christe: quis est qui
te percussit: Petrus uero sedebat
foris in atrio; Et accessit ad eum
una ancilla dicens: Et tu cum ie

su galileo eras: At ille negau[it]
coram omnibus dicens: Nesci
o qd dicis: Exeunte autē illo ia
nuam uidit alia ancilla: & ait his
qui erant ibi: Et hic erat cum ie
su nazareno: Et iterum negau[it]
cum iuramento: qꝛ non noui
hominem: Et post pusillum: ac
cesserunt qui stabant & dixerūt
petro: Vere tu ex illis es: nā & lo
quela tua manifestū te facit:
Tunc cepit detestari & iurare quia
non nouisset hominem: Et ꝯ
tinuo gallus cantauit: Et re
cordatus ē petrus uerbi iesu qd
dixerat priusq̄ gallus cantet
ter me negabis: Et egressus

foras fleuit amare: Mane autẽ
facto consilium inierunt om̃s
principes sacerdotum ⁊ seniores
populi aduersus iesum: ut eũ
morti traderent: Et uinctum eũ
adduxerunt ⁊ tradiderunt pon
tio pylato presidi: Tunc uidẽs
iudas qui eum tradidit ꝙ dã
natus esset penitentia ductus:
retulit triginta argenteos prĩ
cipibus sacerdotum ⁊ senioribꝫ
dicens: Peccaui tradens sangui
nem iustum: At illi dixerunt:
Quid ad nos: Tu uideris: Et ꝓ
iectis argenteis in templo: reces
sit: ⁊ abiens laqueo se suspendit
Principes sacerdotum acceptis

argenteis : dixerunt : Non licet
mittere eos in corbanã : qz preci
um sanguinis est. Consilio aũt
inito : emerunt ex illis agrum
figuli in sepulturam peregrinoꝝ.
Propter hoc uocatus est ager ille
acheldemach : hoc ẽ ager sangui
nis usqꝫ in hodiernum diem :
Tunc impletum ẽ qđ dictum est
per iheremiam prophetam dicẽ
tem : Et acceperunt triginta ar
genteos precium appreciati :
quem appreciauerunt a filijs is
rael : et dederunt eos in agrum fi
guli : sicut constituit mihi dñs :
Jesus autem stetit ante presidẽ :
et interrogauit eum preses dicẽs

Tu es rex iudeorum: Dixit illi
iesus: Tu dicis: Et cum accu
saretur a principibus sacerdo
tum et senioribus populi nihil
respondit: Tunc dicit ei pylatus
Non audis quanta adversum
te dicunt testimonia: Et non
respondit ei ad unum verbum
ita ut miraretur preses vehe
menter. Per diem autem solēnē
consueverat preses dimittere
populo unum vinctum quem
voluissent: Habebat autē tunc
unum vinctum insignem qui
dicebatur barrabas. Congrega
tis ergo illis dixit pylatus: Quē
vultis dimittam vobis: barra

bā an iesum qui dicitur xp̄s:
Sciebat enim q̄ per inuidiam
tradidissent eum: Sedente
autem illo pro tribunali: mi
sit ad eum uxor eius dicens:
Nihil tibi et iusto illi: multa eñ
passa sum hodie per uisum ꝓpt
eum: Principes autem sacer
dotum et seniores persuaserunt
populis: ut peterent barrabā:
iesum uero perderent: Respōdēs
autem preses ait illis: Quē uul
tis uobis de duobus dimitti:
At illi dixerunt: barrabā: Dixit
illis pylatus: Quid igitur faci
am de iesu qui dicitur christus:
Dicunt omnes: Crucifigatur:

At illi preses: Quid enim mali
fecit? At illi magis clamabant
dicentes: Crucifigatur. Videns
autem pylatus quia nihil profice
ret: sed magis tumultus fieret:
accepta aqua lauit manus su
as coram populo dicens: In
nocens ego sum a sanguine iu
sti huius: vos videritis: Et re
spondens uniuersus populus dixit
Sanguis eius super nos: et sup
filios nostros: Tunc dimisit illis
barabam: iesum autem flagella
tum tradidit eis ut crucifigere
tur: Tunc milites presidis su
scipientes iesum in pretorio:
congregauerunt ad eum uniuer

sam cohortem: et exeuntes cū cla
midem coccineam circumdederūt
ei: Et plectentes coronam de spi
nis: posuerunt super caput ei9
et arundinem in dexteram ei9.
et genu flexo ante eum illude
bant ei dicentes: Aue rex iude
orum: Et expuentes in eū ac
ceperunt arundinem et percuti
ebant caput eius: Et postq̄ il
luserunt ei: exuerunt eum cla
mide: et induerunt eum uesti
mentis eius et duxerunt euz
ut crucifigerent: Exeuntes au
tem inuenerunt hominem cy
reneum nomine symonem
Hunc angariauerunt: ut tol

lleret crucem eius: Et uenerūt
in locum qui dicitur golgotha
quod est caluarie locus: Et de
derunt ei uinum bibere cū felle
mixtum: Et cum gustasset: no
luit bibere: Postq̄ autem cru
cifixerunt eum: diuiserunt
uestimenta eius sortem mit
tentes: ut adimpleretur qd̄
dictum est per prophetam di
centem: Diuiserunt sibi uesti
menta mea: et super uestē me
am miserunt sortem: Et sedē
tes seruabant eum: Et impo
suerunt super caput eius cau
sam ipsius scriptam: Hic est
iesus nazarenus rex iudeorum:

Tunc crucifixi sunt cum eo du
o latrones: unus a dextris et
unus a sinistris. Pretereuntes
autem blasphemabant eum mo
uentes capita sua et dicentes:
Vah qui destruis templum dei:
et in triduo illud reedificas: Sal
ua temetipsum: Si filius dei es
descende de cruce: Similiter et
principes sacerdotum illudentes
cum scribis et senioribus dice
bant: Alios saluos fecit seipsum
non potest saluos facere: Si rex
israel est: descende nunc de cruce
et credimus ei: Confidit in deo li
beret eum nunc si uult: Dixit
enim: quia filius dei sum: Id ipsum

autem ⁊ latrones qui crucifixi
erant cum eo īproperabant ei;
A sexta autem hora tenebre fa-
cte sunt super uniuersam terrā
usqꝫ ad horam nonam: Et circa
horam nonam exclamauit iesꝰ
uoce magna dicens: Hely hely
lamazabathani: Hoc ē deus me-
us deus meus ut quid dereliq-
sti me: Quidam autem illic stā-
tes ⁊ audientes: dicebant: He-
liam uocat iste: Et continuo
currens unus ex eis: acceptaꝫ
spongiam impleuit aceto: ⁊ im-
posuit arundini: ⁊ dabat ei bi-
bere: Ceteri uero dicebant: Sine
uideamus an ueniat helyas li-

berans eum. Iesus autem iterũ
clamans uoce magna emisit
spiritum. Et ecce uelum
templi scissum est in duas partẽ
a summo usqz deorsum. Et ter
ra mota est: ⁊ petre scisse sunt ⁊
monumenta aperta sunt: ⁊ mul
ta corpora sanctorum qui dor
mierant surrexerunt. Et exeũ
tes de monumentis: post resur
rectionem eius uenerunt in sã
ctam ciuitatem: ⁊ apparuerunt
multis. Centurio autem ⁊ qui cũ
eo erant custodientes iesum:
uiso terremotu: ⁊ his que fiebãt
timuerunt ualde dicentes. Ve
re filius dei erat iste. Erant autẽ

ibi mulieres multe a longe que
secute erant iesum a galilea mi
nistrantes ei: Inter quas erat
maria magdalene: et maria iaco
bi: et ioseph mater. et mater filio
rum zebedei: Cum sero autem fa
ctum esset uenit quidam homo
diues ab arimathia nomine
ioseph: qui et ipse discipulus e
rat iesu: Hic accessit ad pylatum:
et petiit corpus iesu: Tunc pyla
tus iussit reddi corpus: Et ac
cepto corpore: ioseph inuoluit
illud in sindone munda: et posu
it illud in monumento suo no
uo quod exciderat in petra. Et
aduoluit saxum magnum ad

ostium monumenti: et abiit.
Erant autem ibi maria magda
lene et altera maria: sedentes con
tra sepulchrum
Altera autem die que est
post parasceuen conuenerunt prin
cipes sacerdotum et pharisei ad
pylatum dicentes: Domine:
recordati sumus: quia seductor il
le dixit adhuc uiuens: post
tres dies resurgam: Iube ergo
custodiri sepulchrum usque in
diem tertium: ne forte ueniant
discipuli eius et furentur eum:
et dicant plebi surrexit a mor
tuis. Et erit nouissimus error
peior priore: Ait illis pylatus:

habetis custodiam: Ite custodi
te sicut scitis: Illi autem abeū
tes munierunt sepulchrum
signantes lapidem cum custodi
bus.



Passio domini nostri iesu chri
sti: secundum Marcum: ·

IN illo tempo
re: Erat autē
pascha ⁊ azi
ma post bi
duum: Et q
rebant sum
mi sacerdotes ⁊ scribe quomo
do iesum dolo tenerent ⁊ occiderēt
Dicebant autem: Non in die fe
sto: ne forte tumultus fieret i
populo: Et cum esset i bethania
in domo symonis leprosi ⁊ recū
beret: uenit mulier habens ala
bastrum unguenti nardi spica
ti preciosi: ⁊ fracto alabastro:

effudit super caput eius: Erat
autem quidam indigne ferentes
tes intra semetipsos: et dicentes:
Ut quid perditio ista unguenti facta
est? Poterat enim unguentum
istud uenundari plusquam trecen
tis denariis: et dari pauperibus:
Et fremebant in eam: Iesus au
tem dixit: Sinite eam: Quid il
li molesti estis? Bonum opus
operata est in me: Semper enim
pauperes habetis uobiscum:
et cum uolueritis potestis illis
benefacere: Me autem non sem
per habebitis: Quod habuit
hec fecit: Preuenit ungere cor
pus meum in sepulturam.

amen dico vobis ubicūq; pre
dicatum fuerit euangelium:
istud in universo mundo: et
quod fecit hec narrabitur ī me
moriam eius. Et iudas scari
othis unus de duodecim abi
it ad summos sacerdotes: ut
proderet eum illis. Qui audiē
tes gavisi sunt: et promiserūt
ei pecuniam se daturos. et quere
bant quomodo oportune illū
traderet. Et prima die azimorum
quando pascha immolabant di
cunt ei discipuli: Quo vis ea
mus et paremus tibi ut mādu
ces pascha. Et mittit duos ex
discipulis suis: et dicit eis: Ite

in ciuitatem: et occurret uobis
homo: lagenā aq̄ baiulans:
Sequimini eum: et quocumq;
introierit dicite domino do-
mus q; magister dicit: Ubi est
refectio mea: ubi pascha cum
discipulis meis manducem:
Et ipse uobis demonstrabit ce-
naculum grande stratum: et il-
lic parate nobis: Et abierunt
discipuli eius: et uenerunt in ci-
uitatem: et inuenerunt sicut
dixerat illis: et parauerunt pa-
scha: Vespere autem facto: uenit
cum duodecim: et discumbenti
bȝ et illis manducantibus: ait
iesus: amen dico uobis: quia un(us)

ex uobis me tradet: qui man
ducat mecum: At illi ceperunt
contristari: et dicere ei singula
tim: Nunquid ego: Et ait illis:
Vnus ex duodecim: qui intingit
mecum manum in catino: Et
filius quidem hominis uadit
sicut sciptum ē de eo: Ve autē
homini illi per quem filius ho
minis tradetur. Bonum erat ei
si natus non esset homo ille: et
manducantibꝫ illis accepit ie
sus panem: et benedicens fregit
et dedit eis: et ait. Sumite hoc ē
corpus meum: Et accepto cali
ce: gratias agens dedit eis et bi
berunt ex illo omnes: Et ait ill:

Hic est sanguis meus noui te
stamenti: qui pro multis effū
detur: Amen dico uobis: q2 iaȝ
non bibā de hoc genimine uitis
usqȝ in diem illum: cum illud
bibam nouum in regno dei: Et
hymno dicto exierunt in mon
tem oliuarum: Et ait eis iesus.
Omnes uos scandaliza bimini
in ista nocte: q2 scriptum est: P
cutiam pastorem: ꝛ dispergent
oues: Sȝ postq̄ resurrexero: p
cedā uos in galileam: Petrus
autem ait ei: Et si omnes scāda
lizati fuerint: sȝ non ego: Et ait
illi iesus: Amen dico tibi: q2 tu
hodie in hac nocte priusq̄ bis gal

lus uocem dederit: ter me es ne
gaturus: At ille amplius loq̄
batur: Et si oportuerit me siml'
commori tecum non te negabo.
Similiter autem ⁊ omnes dice
bant. Et ueniunt in predium
cui nomen gethsemani: ⁊ ait
discipulis suis: Sedete hic do
nec orem: Et assumit petrum ⁊
iacobum ⁊ iohannem secum ⁊
cepit pauere ⁊ tedere. ⁊ ait illis:
Tristis ē anima mea usq; ad mor
tem: Sustinete hic ⁊ uigilate: Et
cum processisset paululum proci
dit super terram: ⁊ orabat: ut si
fieri posset transiret ab eo hora:
Et dixit: Abba pr̄: omnia tibi

possibilia sunt transfer calicem
hunc a me: Sz non qd ego uo
lo: sz qd tu: Et uenit ⁊ inuenit
eos dormientes. Et ait petro:
Symon dormis: Non potuisti
una hora uigilare mecum: uigi
late ⁊ orate: ut non intretis in tē
tationem: Spiritus quidē prō
ptus ē: caro autem infirma: Et
iterum abiens orauit: eundem
sermonem dicens: Et reuersus
denuo inuenit eos dormientes:
Erant enim oculi eorum grauati:
⁊ ignorabant quid respōderent
ei: Et uenit tertio ⁊ ait illis: Dor
mite iam: ⁊ requiescite: Sufficit
Venit hora: ecce tradetur filius

hominis in manus peccatorū.
Surgite eamus: ecce qui me tra
det prope est: Et adhuc eo loquē
te: uenit iudas scarioth unus
de duodecim: ⁊ cum eo turba mul
ta cum gladiis ⁊ lignis missi a
summis sacerdotibꝫ ⁊ scribis ⁊
senioribus: Dederat autem tra
ditor eis signum dicens: Quē
cūqꝫ osculatus fuero ip̄e est: te
nete eum: ⁊ ducite caute: Et cū
uenisset: statim accedens ad eū
ait: Rabbi: Et osculatus est eū.
At illi manus iniecerunt in euꝫ:
⁊ tenuerunt eum: Unus autē de
circumstantibus educens gladi
um percussit seruum summi sacer

dotis ⁊ amputauit illi auriculā
Et respondens iesus ait illis
Tanq̄ ad latronē exijstis cū gla
dijs ⁊ lignis comprehendere me.
Quotidie eram apud uos in tē
plo docens ⁊ non me tenuistis
Sȝ ut impleantur scripture: Tunc
discipuli eius relinquentes eū
omnes fugerunt: Adolescens
autem quidem sequebatur euȝ
amictus sindone sr̄ nudo: ⁊ te
nuerunt eum: At ille reiecta sin
done nudus profugit ab eis:
Et adduxerunt iesum ad sum
mum sacerdotem: ⁊ conuenerūt
omnes sacerdotes ⁊ scribe ⁊ seni
ores: Petrus autem a longe secut⁹

est eum: usq3 intro in atrium su
mi sacerdotis. Et sedebat cũ mi
nistris: 7 calefaciebat se ad ignẽ.
Summi uero sacerdotes 7 omẽ
consilium: querebant aduersus
iesum testimonium: ut eũ morti
traderent: nec inueniebant. Mul
ti enim testimonium falsum di
cebant aduersus eum: 7 conueni
entia testimonia non erant. Et
quidem surgentes: falsum testi
monium ferebant aduersus eu3
dicentes. Quoniam nos audiui
mus eum dicentem: Ego dissol
uam templum hoc manufactu3:
7 post triduum aliud non manu
factum edificabo: Et non erat

conueniens testimonium illorum
Et exurgens summus sacerdos in
medium: interrogauit iesum di
cens: Non respondes quicquam ad ea que ti
bi obiciuntur ab his? Ille autem
tacebat et nihil respondit: Rursum
summus sacerdos interrogabat
eum et dixit ei: Tu es christus fili
us dei benedicti? Iesus autem dix
it illi: Ego sum: Et uidebitis fi
lium hominis sedentem a dextris
uirtutis dei: et uenientem cum nu
bibus celi: Summus autem sacer
dos scindens uestimenta sua: ait
Quid adhuc desideramus testes?
Audistis blasphemiam? Quid
uobis uidetur? Qui omnes conde

nauerunt eum esse reum mortis
Et ceperunt quidam conspuere
eum: ⁊ uelare faciem eius: ⁊ co
laphis eum cedere: ⁊ dicere ei:
Prophetiza: Et ministri alapis
eum cedebant: Et cum esset pe
trus in atrio deorsum: uenit una
ex ancillis summi sacerdotis: ⁊
cum uidisset petrum: calefacien
tem se aspiciens illum: ait: Et
tu cum iesu nazareno eras: At il
le negauit: dicens: Neque scio:
neque noui quid dicas: Et exiit
foras ante atrium: ⁊ gallus can
tauit: Rursus autem cum uidisset
illum alia ancilla: cepit dicere cir
cumstantibus: quia hic ex illis est: At

ille iterum negauit: Et post pu
sillum rursus qui astabant dice
bant petro. Vere ex illis es: nam ⁊
galileus es: Ille autem cepit a
nathematizare ⁊ iurare qꝛ nescio
hominem istum quem dicitis:
Et statim iterum gallus canta
uit: Et recordatus ē petrus uer
bi quod dixerat ei iesus prius
q̄ gallus cantet bis: ter me ne
gabis: Et cepit flere: Et conte
stim mane consilium facientes
summi sacerdotes cum seniori
bus ⁊ scribis ⁊ uniuerso consi
lio uincientes iesum: duxer̄t
⁊ tradiderunt pylato: Et inter
rogauit eum pylatus: Tu es rex

iudeorum: At ille respondens: ait
illi: Tu dicis. Et accusabant eum
summi sacerdotes in multis.
Pylatus autem rursum interro
gavit eum: dicens: Non respon
des quicquam. Vide in quantis te
accusant. Jesus autem amplius
nihil respondit: ita ut miraretur
pylatus. Per diem autem festum
dimittere solebat eis: unum ex
vinctis quemcumque petissent.
Erat autem qui dicebatur bar
rabas: qui cum sediciosis erat
vinctus: qui in sedicione fece
rat homicidium: Et cum ascen
disset turba: cepit rogare sicut
semper faciebat illis. Pylatus

autem respondens eis: dixit:
Vultis dimittam uobis regem
iudeorum: Sciebat enim q' per
inuidiam tradidissent eum sū
mi sacerdotes: Pontifices autē
concitauerunt turbā ut magis
barrabā dimitteret eis: Pylatus
autem iterum respondens: ait
illis. Quid ergo uultis faciam
regi iudeorum: At illi iteruz cla
mauerunt: Crucifige eum: Py
latus uero dicebat eis: Quid eñ
mali fecit: At illi magis clama
bant. Crucifige eum. Pylatus
autem uolens populo satisfacē.
dimisit illis barrabā. et tradidit ie
sum flagellis cesum: ut crucifi

geretur. Milites autem duxerūt
eum in atrium pretorij : et conuo
cant totam cohortem : et induūt
eum purpura : et īponunt ei plec
tentes spineam coronam : et cepe
runt salutare eum : Aue rex iude
orum : Et percutiebant caput
eius arundine : et conspuebant
eum : et ponentes genua adora
bant eum : Et postq̄ illuserunt
ei : exuerunt illum purpura : et
induerunt eum uestimentis
suis : et ducunt eum ut crucifi
gerent eum : Et angariauerūt
pretereuntem quempiam symo
nem cyreneum uenientem de
uilla patrem alexandri et ruffi :

ut tolleret crucē eius. Et perdu
cunt illum in golgotha locū qđ
est interpretatum caluarie loc⁹.
Et dabant ei bibere myrrhatū
uinum: et non accepit. Et cruci
figentes eum diuiserunt uesti
menta eius mittentes sortem
super ea: ut quis quid tolleret.
Erat enim hora tertia: et crucifix
erunt eum. Et erat titulus cau
se eius inscriptus rex iudeorū.
Et cum eo crucifigunt duos la
trones: unum a dextris: et ali
um a sinistris. Et impleta ē scri
ptura que dicit. Et cum iniqs
deputatus ē. Et pretereuntes
blasphemabant eum mouētes.

capita sua: et dicentes: Vah qui
destruis templum dei: et in tri
bus diebus reedificas: Sal
uum fac temetipsum: descende
de cruce: Similiter et summi sa
cerdotes illudentes ad alteru
trum cum scribis dicebant: A
lios saluos fecit: seipsum non po
test saluum facere: Christus rex
israel descendat nunc de cruce:
ut uideamus et credamus: Et
qui cum eo crucifixi erant: con
uiciabantur ei: Et facta hora
sexta tenebre facte sunt per totam
terram usque in horam nonam:
Et hora nona exclamauit iesus
uoce magna dicens: Heloy. helo

y lamazabathani: Quod est ĩ
terpretatum: Deus meus: deus
meus: ut quid dereliquisti me:
Et quidam de circumstantibus
audientes: dicebant: Ecce hely
am uocat: Currens autem unus
et implens spongiã aceto: circũ
ponensq; calamo: potum dabat
ei dicens: Sinite: uideamus si
ueniat helyas ad deponendũ
eum: Iesus autem emissa uoce
magna expirauit. Et uelũ
templi scissum ẽ in duo a summo
usq; deorsum: Videns autẽ cen
turio qui ex aduerso stabat: q̃
sic clamans expirasset ait: Ue
re homo hic: filius dei erat: Erãt

autem et mulieres de longe aspi
cientes: inter quas erat maria
magdalene: et maria iacobi minoris
et ioseph mater et salome: Et cum esset
in galilea sequebantur eum: et mi
nistrabant ei: et alie multe que si
mul cum eo ascenderant ierosoly
mam: Euangelium:

Et cum iam sero esset fac
tum: quia erat parasceue quod est an
te sabbatum: uenit ioseph ab a
rimathia nobilis decurio: qui et
ipse erat expectans regnum dei:
Et audacter introiuit ad pylatum
et petiit corpus iesu: Pylatus au
tem mirabatur: si iam obisset: et
accersito centurione: interrogauit

eum si iam mortuus esset: Et
cum cognouisset a centurione:
donauit corpus ioseph: Joseph
autem mercatus sindonem: et
deponens eum inuoluit sindo-
ne: et posuit in monumento quod
erat excisum in petra: Et aduo-
luit lapidem ad ostium monu-
menti:



AVE · MARIA · GRATIA · PLENA · DOMINVS · TEC

Passio domini nostri iesu chri-
sti : Secundum : Lucam :

In illo tempo-
re: Appropin-
quabat autē
dies festus a-
zimorum q
dicitur pas-
cha : Et querebant principes sa-
cerdotum ⁊ scribe quomodo ie-
sum interficerent : timebant au-
tem plebem : Intrauit autem
sathanas in iudam qui cogno-
minabatur scarioth unum de
duodecim : ⁊ abijt ⁊ locutus est
cum principibus sacerdotum
⁊ magistratibus quemadmodū

illum traderet eis: Et gavisi sunt:
et pacti sunt illi pecuniam dare:
Et spopondit: Et querebat oportu
nitatem: ut traderet eum sine tur
bis: Venit autem dies azimorum
in qua necesse erat occidi pascha
et misit petrum et iohannem dicens:
Euntes parate nobis pascha:
ut manducemus: At illi dixerunt
Ubi vis paremus: Et dixit ad eos:
Ecce introeuntibus vobis in ci
vitatem: occurret vobis homo
amphoram aque portans. Sequimi
ni eum in domum in quam intrat.
et dicetis patrifamilias domus:
Dicit tibi magister. Ubi est diver
sorium: ubi pascha cum disci:

pulis meis manducē? Et ipse
uobis ostendet cenaculum ma
gnum stratum: et ibi parate: Eū
tes autem inuenerunt sicut di
xit illis iesus: et parauerunt pa
scha: Et cum facta esset hora di
scubuit: et duodecim apostoli
cum eo. Et ait illis: Desiderio
desideraui hoc pascha mandu
care uobiscum anteq̄ patiar.
Dico enim uobis: q2 ex hoc nō
manducabo illud donec ipslea
tur in regno dei: Et accepto ca
lice gratias egit et dixit: Acci
pite et diuidite inter uos: Di
co enim uobis: q2 non bibaz
de generatione uitis huius:

donec ueniat: regnum dei: Et
accepto pane gratias egit: et
fregit: & dedit eis: dicens: Hoc
est corpus meum: quod pro uo
bis tradetur. hoc facite in meam
commemorationem: Simili
ter & calicem: postquam cenauit dicens:
Hic est calix nouum testamen
tum in sanguine meo: qui pro
uobis fundetur. Veruntamen ecce
manus tradentis me: mecum
est in mensa: Et quidem filius
hominis secundum quod de
finitum est: uadit: Veruntamen
ue homini illi: per quem tra
detur. Et ipsi ceperunt quere
re inter se: quis esset ex eis qui

hoc facturus esset: facta ē autē
contentio inter eos: quis eorū
uideretur esse maior: Dixit au
tem eis: Reges gentium domi
nantur eorum: ⁊ qui potestatē
habent super eos benefici uocā
tur. Uos autem non sic: Sed q
maior est in uobis: fiat sicut
minor: Et qui precessor est: sit
sicut ministrator: Nā quis ma
ior ē: qui recumbit: an q mini
strat: Nonne qui recumbit: E
go autem in medio uīm sum si
cut qui ministrat: Uos autē
estis qui permansistis mecum
in tentationibꝫ meis: Et ego di
spono uobis sicut disposuit mi

hi pr̄ meus regnum: ut edatis
& bibatis super mensam meam in re
gno meo: & sedeatis super thro
nos: iudicantes duodecim tribus
israel. Ait autem dominus symo
ni: Symon ecce sathanas expe
tiuit uos: ut cribraret sicut triti
cum: Ego autem rogaui pro te:
ut non deficiat fides tua: Et tu
aliquando conuersus confirma
fratres tuos: Qui dixit ei: Domine
tecum paratus sum: & in carcerem
& in mortem ire. At ille dixit: Di
co tibi petre non cantabit hodi
e gallus donec ter abneges nos
se me: Et dixit eis: Quando mi
si uos sine sacculo & pera & calci

amentis : nunquid aliqd de-
fuit nobis: At illi dixerunt : -
Nihil : Dixit ergo eis : Sz nūc
qui habet sacculum tollat simi
liter ⁊ perā: Et qui non habet-
vendat tunicam suam: ⁊ emat
gladium : Dico enim vobis :
qm̄ adhuc hoc quod scriptū ē
oportet impleri in me: ⁊ cum i
iquis deputatus ē: Etenim ea
que sunt de me finem habent:
At illi dixerunt : Domine ecce
gladii duo hic: At ille dixit eis
Satis est: Et egressus iesus
ibat secundum ↄsuetudinem
in montem oliuarum: Secuti
sunt autem illum ⁊ discipuli

Et cum peruenisset ad locu͞z
dixit: illis: Orate ne intretis ĩ
tentationem: Et ipse auulsus
ẽ ab eis quantum iactus ẽ la
pidis. Et positis genibus ora
bat dicens: Pater: si uis trã
fer calicem istum a me: Verum
tamen non mea uoluntas: s͞z
tua fiat: Apparuit autem illi ã
gelus de celo confortans eum.
Et factus in agonia: prolixi⁹
orabat. Et factus est sudor ei⁹
sicut gutte sanguinis decurrẽ
tis in terram: Et cum surrex
isset ab oratione: ⁊ uenisset ad
discipulos suos: inuenit eos
dormientes pre tristicia: Et ait

illis: Quid dormitis? Surgi
te orate: ne intretis in temptationem;
Adhuc eo loquente: ecce turba
et qui vocabatur iudas unus
de duodecim antecedebat eos:
Et appropinquavit ad iesum:
ut oscularetur eum: Iesus au
tem dixit ei: Iuda osculo filium
hominis tradis? Videntes au
tem hi qui circa iesum erant:
quod futurum erat: dixerunt
ei: Domine si percutimus in
gladio? Et percussit unus ex
illis servum principis sacer
dotum: et amputavit auricu
lam eius dextram: Respondens
autem iesus: ait: Sinite usque

huc: Et cum tetigisset auricu
lam eius: sanauit eum: Dixit
autem iesus ad eos qui uene
rant ad se principes sacerdotum:
et magistratus templi et seniores
Quasi ad latronem existis cum
gladiis et fustibus: cum quoti
die uobiscum fuerim in templo:
non extendistis manus in me.
Sed hec est hora uestra: et potestas te
nebrarum: Comprehendentes
autem eum duxerunt ad do
mum principis sacerdotum: Pe
trus uero sequebatur eum a lon
ge: Accenso autem igne in medi
o atrii: et circumsedentibus illis.
erat petrus in medio eorum:

Quem cum uidisset ancilla q̄
dam sedentem ad lumen: ⁊ cũ
fuisset intuita: dixit: Et hic cũ
illo erat: At ille negauit eũ di-
cens: Mulier non noui illum:
Et post pusillum alius uidēs
eum: dixit: Et tu de illis es:
Petrus uero ait: Homo nō sũ:
Et interuallo facto quasi hore
unius: alius quidam affirma
bat dicens: Uere ⁊ hic cum illo
erat: nam ⁊ galileus est: Et ait
petrus: Homo nescio qd dicis:
Et continuo adhuc illo loquē
te: gallus cantauit: Et conuer
sus dominus respexit petrum:
⁊ recordatus est petrus uerbi do

mini: sicut dixerat: qꝛ priusq̄
gallus cantet: ter me negabis:
Et ingressus foras p̄trus fleuit
amare: Et uiri qui tenebant ie-
sum: illudebant ei cedentes eū.
Et uelauerunt eum: ⁊ ꝑcutie-
bant faciem eius: ⁊ interroga-
bant eum dicentes: Propheti-
za quis est qui te ꝑcussit? Et a-
lia multa blasphemantes dice-
bant in eum: Et ut factus ē dies:
conuenerunt seniores plebis:
⁊ principes sacerdotum ⁊ scribe
⁊ duxerunt illum in consiliū
suum: dicentes: Si tu es christꝰ
dic nobis: Et ait illis: Si uobis
dixero non credetis mihi: Si au-

tem ⁊ interrogavero non respō
debitis mihi: neq3 dimittetis
Ex hoc autem erit filius hominis
sedens a dextris virtutis dei:
Dixerunt autem omnes: Tu es
ergo filius dei: Qui ait: Vos di
citis: q2 ego sum: At illi dixerūt
Quid adhuc desideramus testi
monium: Ipsi enim audivimus
de ore eius: Et surgens omnis
multitudo eorum duxerunt il
lum ad pylatum: Ceperunt au
tem accusare illum dicentes:
Hunc invenimus subvertentē
gentem nr̄am: ⁊ prohibentem
tributa dari cesari ⁊ dicentem se
xp̄m regem esse: Pylatus autē

interrogauit eum dicens: Tu es
rex iudeorum? At ille respondēs
ait: Tu dicis: Ait autem pylat9
ad principes sacerdotum ⁊ tur
bas: Nihil inuenio cause ī hoc
homine: At illi inualescebant.
dicentes: Commouit populū
docens per uniuersam iudeam:
incipiens a galilea usqꝫ huc:
Pylatus autem audiens gali
leam interrogauit si homo gali
leus esset: Et ut cognouit q᷑ de
herodis potestate esset: remisit
eum ad herodem: Qui ⁊ ipse ihe
rosolymis erat illis diebus:
Herodes autem uiso iesu: gaui
sus est ualde: Erat enim cupiēs

58

ex multo tempore videre eũ: eo
q audiret multa de illo: et sperа
bat signum aliqđ videre ab eo
fieri: Interrogabat autem illũ
multis sermonibus: At ipse ni
hil illi respondebat: Stabant etiã
principes sacerdotum et scribe:
constanter accusantes eum:
Sprevit autem illum herodes:
cum exercitu suo: et illusit indu
tum veste alba: et remisit ad py
latum: Et facti sunt amici hero
des et pylatus in ipsa die: Nam
antea inimici erant ad invicem:
Pylatus autem convocatis prin
cipibus sacerdotum et magistra
tibus et plebe: dixit ad illos:

Obtulisti mihi hunc hominē:
quasi auertentem populum: ⁊
ecce ego coram uobis interro
gans nullam causam inueni.
ō in homine isto: ex his in qui
bus eum accusatis: sꝫ neqꝫ he
rodes: Nam remisit illuꝫ ad
nos: Et ecce nihil dignum
morte actum ē ei: Emendatū
ergo illum dimittam: Necesse
autem habebat dimittere eis p
diem festum unum: Exclama
uit autem simul uniuersa tur
ba dicens: Tolle hunc: ⁊ dimit
te nobis barrabā: Qui erat ꝓpt
seditionem quandā factam in
ciuitate ⁊ homicidium: missus

in carcerem. Iterum autem py
latus locutus est ad illos no
lens dimittere iesum. At illi
succlamabant dicentes. cruci
fige. crucifige eum. Ille autez
tertio dixit ad eos. Quid eni
mali fecit iste. Nullam causã
mortis inuenio in eo. Corripi
am ergo illum ⁊ dimittam.
At illi instabant uocibz magni
postulantes ut crucifigeretur.
Et inualescebant uoces eorũ.
Pylatus autem adiudicauit
fieri petitionem eorum. Dimi
sit autem illis eum qui propt
homicidium ⁊ seditionem mis
sus fuerat in carcerem quez pete

bant. Iesum uero tradidit uo-
luntati eorum. Et cum ducerent
eum: apprehenderunt symonē
quēdam cyrenensem uenien-
tem de uilla: ⁊ imposuerunt il-
li crucem portare post iesum. Se-
quebatur autem illum multa
turba populi ⁊ mulierum: que
plangebant ⁊ lamentabantur
eum. Conuersus autem ad il-
las iesus: dixit: Filie iherusalē
nolite flere super me: sed sup uos
ipsas flete: ⁊ super filios uestros.
Quoniam ecce uenient dies: in
quibz dicent: Beate steriles ⁊
uentres que non genuerunt: ⁊
ubera que non lactauerunt. Tunc

incipient dicere montibus: ca
dite super nos: et collibus: ope
rite nos: Quia si in uiridi ligno
hec faciunt: in arido quid fiet?
Ducebantur autem et alii duo
nequam cum eo: ut interficerentur.
Et postquam uenerunt in locum qui
uocatur caluarie: ibi crucifixe
runt eum: et latrones: unum
a dextris: et unum a sinistris:
iesus autem dicebat: pater di
mitte illis: non enim sciunt
quid faciunt: Diuidentes er
go uestimenta sua: miserunt
sortes: Et stabat populus ex
pectans: et deridebant eum prin
cipes cum eis dicentes: Alios

saluos fecit: se saluum faciat:
si hic est christus dei electus. Illu
debant autem ei et milites acce
dentes: et acetum offerentes illi:
et dicentes: Si tu es rex iudeorum
saluum te fac. Erat autem et su
perscriptio scripta super illum: litteris
grecis: et latinis et hebraicis: Hic
est rex iudeorum. Unus autem
de his qui pendebant latronibus
blasphemabant eum dicens:
Si tu es christus saluum fac
temetipsum et nos. Respondens
autem alter increpabat illum:
dicens: Neque tu times deum:
qui in eadem damnatione es.
Et nos quidem iuste: nam digna

factis recipimus: Hic uero ni
hil mali gessit: Et dicebat ad ie
sum: Domine memento mei cū
ueneris in regnum tuum: Et
dixit illi iesus: Amen dico tibi:
hodie mecum eris in paradiso.
Erat autem fere hora sexta: Et
tenebre facte sunt in uniuersā
terram usqz in horam nonam:
Et obscuratus ē sol: ⁊ uelum tē
pli scissum est medium: Et cla
mans uoce magna iesus ait:
Pater in manus tuas commendo
spiritum meum: Et hec dicēs
expirauit. Uidens au
tem centurio quod factum fu
erat: glorificauit deum dicens.

Vere hic homo iustus erat.
Et omnis turba eorum qui si-
mul aderant ad spectaculum is-
tud: ⁊ videbant que fiebant:
percutientes pectora sua: rever-
tebantur. Stabant autem oēs
noti eius a longe: ⁊ mulieres
que secute erant eum a galilea:
hec videntes.

EVANGELIUM

Et ecce uir nomine io
seph qui erat decurio
uir bonus ⁊ iustus: hic non ꝯ
senserat consilio ⁊ actibz eorū:
ab arimathia ciuitate iudee:
qui expectabat ⁊ ipse regnum
dei: hic accessit ad pylatum:
⁊ petiit corpus iesu: Et deposi
tum inuoluit in sindone: ⁊ po
suit eum in monumento exci
so: in quo nōdum quisq̄ posi
tus fuerat:



Passio domini nostri iesu chri
sti : Secundum :

EGressus est
iesus cum
discipulis
suis trans
torrentem
cedron ubi
ortus : in quem introivit ipse
et discipuli eius: Sciebat au
tem et iudas qui tradebat eum
locum: quia frequenter iesus con
venerat illuc cum discipulis
suis: Iudas ergo cum acce
pisset cohortem: et a pontifici
bus et phariseis ministros ve
nit illuc cum laternis et facibz

et armis: Iesus itaque sciens om-
nia que uentura erant super eum
processit et dixit eis: Quem quere-
tis: Responderunt ei: Iesum na-
quem : Lcō Secunda
Et sic in syon firmata sum
n ciuitate sāficata similit̃ r requi
n ihrusalem potestas mea :
t radicaui in populo honori
cato : ⁊ in partes dei mei here
tas illius : ⁊ in plenitudine
nctorum detentio mea : Tu
utem domine miserere nr̃i :
eo gratias. ℟. Beata es u
o maria que dominum por

tasti creatorem mundi: Genui
sti qui te fecit ⁊ in eternum per
manes uirgo: V. Aue maria
gratia plena dominus tecum.
Genuisti qui te fecit ⁊ in eternū
permanes uirgo.
Iube domine benedicere.
V. Per uirginem matrem conce
dat nobis dominus salutem
⁊ pacem. amen. Lectio tertia
Quasi cedrus exaltata
sum in libano: ⁊ quasi
cypressus in monte syon: Qua
si palma exaltata sum in cades:
⁊ quasi plantatio rose in iheri
co: Quasi oliua speciosa in cā
pis: ⁊ quasi platanus exaltata

anum iuxta aquas: In plate
s sicut cynamomum et bal
samum aromatizans odorē
dedi: quasi mirra electa dedi
suauitatem odoris: Tu autem
omine miserere nr̄i: deo grās
℟: Felix nāqz es sacra uir
o maria et omni laude dignis
ima: Quia ex te ortus est sol
iusticie: Christus deus noster.
℣: Ora pro populo interueni
ro clero intercede pro deuoto
mineo sexu: sentiant omnes
uum iuuamen quicumqz cele
ant tuam commemoratiōē:
ex te ortus est sol iusticie
Gloria patri et filio: et spui

tui sancto. Christus deus nr.

Canticu sanctorum Ambrosii et

Te deum: augustini.

laudamus: te domi-
num confitemur.

Te eternum patrem: omnis
terra veneratur.

Tibi omnes angeli: tibi ce-
li et universe potestates.

Tibi cherubin et seraphin: in-
cessabili voce proclamant.

Sanctus

Sanctus

Sanctus dominus deus
sabaoth.

Pleni sunt celi et terra maie-
statis glorie tue.

e gloriosus: apostolorũ
...orus:
e prophetarum: lauda
...ilis numerus:
e martyrum candidatus
...udat exercitus:
e per orbem terrarum: scã
...onfitetur ecclesia:
atrem: immense maiesta
...s:
enerandum tuum uerũ:
...unicum filium:
anctum quoqȝ paraclytũ
...piritum
u rex glorie christe
u patris sempiternus es
...lius:

Tu ad liberandum suscep-
turus hominem: non horruisti
uirginis uterum
Tu deuicto mortis aculeo:
aperuisti credentibus regna ce-
lorum:
Tu ad dexteram dei sedes:
in gloria patris:
Iudex crederis esse uentu-
rus:
Te ergo quesumus famu-
lis tuis subueni: quos precioso
sanguine redemisti
Eterna fac cum sanctis tu-
is in gloria numerari.
Saluum fac populum tuum
domine: et benedic hereditati tue.

t erige eos: et extolle illos
sq; in eternum:
er singulos dies: bene
icimus te:
t laudamus nomen tuu
n seculum: et in seculum seculi:
ignare domine die isto: si
e peccato nos custodire:
iserere nostri domine: mi
erere nostri
iat misericordia tua dne
uper nos: quemadmodum spe
auimus in te:
n te domine speraui: non
onfundar in eternum



188

Ad laudes:
EVS IN AD
iutorium me
um inten
de: Domine
AD ADIVVA
um me festina
loria patri ⁊ filio: ⁊ spiri
tui sancto
icut erat in principio et
unc ⁊ semper: ⁊ in secula secu
lorum: Amen: aña: Assumpta
est: Psalmus dauid:
Ominus regnauit de
corem indutus est: indutus est
ominus fortitudinem ⁊ pre
cinxit se.

Etenim firmauit orbem ter-
re: qui non commouebitur.
Parata sedes tua deus ex
tunc: a seculo tu es.
Eleuauerunt flumina dñe:
eleuauerunt flumina uocē suā.
Eleuauerunt flumina fluc
tus suos: a uocibus aquarum
multarum.
Mirabiles elationes maris.
mirabilis in altis dominus.
Testimonia tua credibilia
facta sunt nimis domum tuam
decet sanctitudo domine: in lon
gitudinem dierum.
Gloria patri ⁊ filio: ⁊ spiritui
sancto.

S icut erat in principio ⁊
unc ⁊ semper: ⁊ in secula secu
orum: amen: aña: Assumpta
t maria in celum gaudent a
eli laudantes benedicunt do
 minum: aña: Maria uirgo: ps
I Vbilate deo omnis ter
ra: seruite domino in
ticia
introite in conspectu eius
exultatione
citote quoniam domin
se est deus: ipse fecit nos et
on ipsi nos
opulus eius ⁊ oues pa
ue eius introite portas eius
confessione: atria eius in hy

nis confitemini illi:
Laudate nomen eius qm̄
suauis est dominus in eternū
misericordia eius: et usq; in ge
neratione et generationem ueri
tas eius:
Gloria patri et filio: et spiritui
sancto:
Sicut erat in principio et
nunc et semper: et in secula seculo
rum: amen: aña. Maria uirgo
assumpta ē ad ethereum thala
mum in quo rex regum stellato
sedet solio: aña. In odorem: Ps.
Deus deus meus: ad te de
luce uigilo.
Sitiuit in te anima mea: q̄

ultipliatur tibi caro mea.
In terra deserta in uia et in a
cosa sic in sancto apparui tibi:
uiderem uirtutem tuam et glo
am tuam:
Quoniam melior est miseri
cordia tua super uitas: labia
ea laudabunt te.
Sic benedicam te in uita me
et in nomine tuo leuabo ma
us meas:
Sicut adipe et pinguedine
pleatur anima mea: et labiis
ultationis laudabit os meum:
Si memor fui tui super stra
um meum in matutinis medi
bor in te: quia fuisti adiutor meus

Et in uelamento alarum tu-
arum exultabo adhesit anima
mea post te: me suscepit dextera
tua.

Ipsi uero in uanum quesie-
runt animam meam introibūt
in inferiora terre tradentur in ma-
nus gladii partes uulpium erunt.

Rex uero letabitur in deo lau-
dabuntur omnes qui iurant in
eo: quia obstructum est os loquen-
tium iniqua.

Deus misereatur nrī et bene-
dicat nobis: illuminet uultum
suum super nos et misereatur nrī.

Ut cognoscamus in terra uiā
tuam: in omnibz gentibus salu-

ur tuum
Confiteantur tibi populi de
s: confiteantur tibi populi oẽs.
Letentur et exultent gentes
uoniam iudicas populos in e
uitate: et gentes in terra dirigis.
Confiteantur tibi populi de
s confiteantur tibi populi oẽs.
rra dedit fructum suum
Benedicat nos deus deus
oster benedicat nos deus: et
etuant eum omnes fines ter:
Gloria patri et filio: et spiritui
ncto:
Sicut erat in principio et
unc et semper: et in secula seculorum
men. aña In odorem unguento.

rum tuorum currimus adole
scentule dilexerunt te nimis:
aña: Benedicta filia. Canticũ
Bene trium puerorum
dicite omnia opera do
mini domino: laudate et super
exaltate eum in secula.
Benedicite angeli domini
domino: benedicite celi domĩo.
Benedicite aque omnes q̃
super celos sunt domino: bene
dicite omnes uirtutes domini
domino:
Benedicite sol et luna domi
no: benedicite stelle celi domĩo:
Benedicite ymber et ros do
mino: benedicite omnis spiritꝰ

n domino.
[B]enedicite ignis ⁊ estus do
mino: benedicite frigus ⁊ estas
domino
[B]enedicite rores ⁊ pruina
omino: benedicite gelu ⁊ frigus
omino:
[B]enedicite glacies ⁊ nives
omino: benedicite noctes ⁊ dies
omino:
[B]enedicite lux ⁊ tenebre do
mino: benedicite fulgura ⁊ nu
es domino:
[B]enedicat terra dominum:
udet ⁊ superexaltet eum in se
cula:
[B]enedicite montes ⁊ colles

domino: benedicite universa ger-
minantia in terra domino.

Benedicite fontes domino:
benedicite maria ⁊ flumina do-
mino

Benedicite cete ⁊ omnia que
moventur in aquis domino: be-
nedicite omnes volucres celi
domino

Benedicite omnes bestie ⁊
pecora domino: benedicite filii
hominum domino.

Benedicat israel dominum:
laudet ⁊ superexaltet eum in se-
cula.

Benedicite sacerdotes domi-
ni domino: benedicite servi dni

omino:

enedicite spiritus et anime
ustorum domino: benedicite sa
et humiles corde domino.

enedicite anania azaria
misael domino: laudate et super
xaltate eum in secula.

enedicamus patrem et fili
um cum sancto spiritu: laudemus
superexaltemus eum in secula.

enedictus es domine in fir
mamento celi: et laudabilis et
gloriosus et superexaltatus in
secula. Amen. ãña. Benedcã fi
lia tu a domino: qꝛ per te fructuz
uite communicauimus. ãña.
Dulcia es. Psalmus david.

Laudate dominum de
celis: laudate eum in
excelsis.
Laudate eum omnes an-
geli eius: laudate eum omnes
uirtutes eius:
Laudate eum sol ⁊ luna:
laudate eum omnes stelle ⁊ lu-
men:
Laudate eum celi celorum
⁊ aque que super celos sunt:
laudent nomen domini.
Quia ipse dixit ⁊ facta sūt:
ipse mandauit ⁊ creata sunt.
Statuit ea in eternum ⁊ in
seculum seculi: preceptum po-
suit ⁊ non preteribit.

audate dominum de terra: draconis et omnes abyssi
Ignis grando nix glacies spiritus procellarum: que faciunt verbum eius:
Montes et omnes colles ligna fructifera et omnes cedri:
Bestie et universa pecora serpentes et volucres pennate:
Reges terre et omnes populi: principes et omnes iudices terre
Iuvenes et virgines senes cum iunioribus laudent nomen domini: quia exaltatum est nomen eius solius
Confessio eius super celum et terram: et exaltavit cornu po

puli sui.
Hymnus omnibus sanc
tis eius: filijs israel populo
appropinquanti sibi
Cantate domino canticu͞
nouum: laus eius in ecclesia
sanctorum
Letetur israel in eo qui fecit
eum: & filie syon exultent in re
ge suo.
Laudent nomen eius i͞ cho
ro: in tympano & psalterio psal
lant ei.
Quia beneplacitum est do
mino in populo suo: & exaltauit
mansuetos in salutem.
Exultabunt sancti in gloria

ctabuntur in cubilibus suis:
E xultationes dei in guttu
re eorum: et gladii ancipites in
manibus eorum
A d faciendam vindictam i
nationibus: increpationes in
populis.
A d alligandos reges eorum i
compedibus: et nobiles eorum
in manicis ferreis
V t faciant in eis iudicium
conscriptum: gloria hec est om
nibus sanctis eius.
L audate dominum in sanctis
eius: laudate eum in firmamen
to virtutis eius.
L audate eum in virtutibus

eius: laudate eum secundum
multitudinem magnitudinis
eius:

Laudate eum in sono tube.
laudate eum in psalterio ⁊ cy-
thara

Laudate eum in tympano
⁊ choro: laudate eum in cordis
⁊ organo.

Laudate eum in cymbalis
benesonantibus laudate eum in
cymbalis iubilationis: omnis
spiritus laudet dominum

Gloria patri ⁊ filio: ⁊ spiritui
sancto

Sicut erat in principio ⁊ nunc
⁊ semper: ⁊ in secula seculorum amen.

lumen: aña Pulcra es et decora
filia iherusalem terribilis ut
castrorum acies ordinata. Cap.
dierunt eam filie syon
et beatissimam predica
uerunt: et regine laudauerunt
am: Deo gratias. Hymnus:
O Gloriosa domina ex
celsa supra sydera qui te
creauit prouide lactasti sacro u
ber:
uod eua tristis abstulit
u reddis almo germine intrēt
t astra flebiles celi fenestra fa
ta es.
u regis alti ianua et porta
uas fulgida uitam datam per

uirginem gentes redempte plau
dite:

Gloria tibi domine qui nat⁹
es de uirgine cum patre ⁊ sancto
spiritu in sempiterna secula: a.

Vs: Benedicta tu in mulierib3
⁊ benedictus fructus uentris
tui: aña. Beata dei: Canticum

Benedictus dominus
deus israel: q2 uisita
uit ⁊ fecit redemptionem plebi⁹
sue:

Et erexit cornu salutis no
bis: in domo dauid pueri sui:

Sicut locutus ē per os scōr.
qui a seculo sunt prophetarum
eius:

alutem ex inimicis nris :
de manu omnium qui oderūt
nos :
d faciendam misericordi
m cum patribus nostris : et
memorari testamenti sui sancti.
usiurandum quod iura
it ad abraham patrem nrm :
aturum se nobis :
t sine timore de manu ini
icorum nostrorum liberati : ser
iamus illi
n sanctitate et iusticia corā
pso : omnibꝫ diebus nostris
t puer propheta altissimi
ocaberis preibis enim ante fa
iem domini parare uias eius :

Ad dandam scientiam sa
lutis plebi eius : in remissionē
peccatorum eorum :
Per viscera misericordie dei
nr̄i : in quibus visitauit nos
oriens ex alto
Illuminare his qui in te
nebris ⁊ in umbra mortis se
dent : ad dirigendos pedes no
stros in viam pacis :
Gloria patri ⁊ filio : ⁊ spiri
tui sancto
Sicut erat in principio et
nunc ⁊ semper : ⁊ in secula secu
lorum : amen : aña : Beata dei
genitrix maria virgo ꝑpetua tē
plum domini sacrarium spiritꝰ

ancti) tu sola sine exemplo pla
uisti domino nostro iesu chri
o : Ora pro populo interueni p
ero intercede pro deuoto femi
eo sexu :
yrieleison :
hristeleison :
yrieleison :
omine exaudi orationē
meam : Et clamor meus ad te
eniat : Oremus : Oratio :
Eus qui de beate ma
ne uirginis utero u
uum tuum angelo nunciante
rnem suscipere uoluisti : pra
uppli cibus tuis : ut qui uere ea
u genitricem credimus eius

apud te intercessionibz adiuue
mur. P eundem christum domi
num nrm: amen: Commemo
ratio de omnibus sanctis: aña.
Sancti dei omnes intercedere
dignemini pro nra omnium
qz salute: Vs: Letamini in do
mino et exultate iusti: R: Et
gloriamini omnes recti corde:
Protege domine popu
lum tuum et apostolorum
tuorum petri et pauli et aliorum
apostolorum patrocinio confi
dentem perpetua defensione con
serua: Oratio:
Omnes sancti tui quesu
mus domine nos ubiqz adiu

nent ut dum eorum merita re
colimus patrocinia sentiamus.
Et pacem tuam nobis con
cede temporibus et ab
ecclesia tua cunctam repelle ne
quiciam iter actus et volunta
tes nostras et omnium famulo
rum tuorum in salutis tue pro
speritate dispone benefactorib9
nostris sempiterna bona retri
bue: et omnib3 fidelib3 defunct
requiem eternam concede. Per do
minum nostrum iesum christi
filium tuum: Qui tecum uiuit
regnat in unitate spiritus sancti
deus. Per omnia secula seculoruz.
Amen. Domine exaudi. Et cla

mor meus ad te ueniat. Bene
dicamus domino. Deo gratias.
Fidelium anime defunctorum
per misericordiam dei requiescāt
in pace. amen

Ad primam:
EVS IN AD
iutorium me
um inten
de: Domine
AD ADIVVA
dum me festina
Gloria patri ⁊ filio : ⁊ spiritui
sancto
Sicut erat in principio ⁊
nunc ⁊ semper : ⁊ in secula seculo
rum : Amen : Hymnus
Memento salutis auctor
quod nostri quondam
corporis ex illibata uirgine na
scendo formam sumpseris
Maria mater gratie mater mi

sericordie tu nos ab hoste pro
tege in hora mortis suscipe.
Gloria tibi domine qui nat9
es de virgine cum patre et sancto
spiritu in sempiterna secula: a.
Aña. Assumpta est.
Deus in nomine tuo sal
uum me fac: et in uirtute tua iu
dica me:
Deus exaudi orationē me
am: auribus percipe uerba oris
mei:
Quoniam alieni insurrexerunt
aduersum me et fortes quesierunt
animam meam: et non proposuerunt
deum ante conspectum suum.
Ecce enim deus adiuuat me:

⁊ dominus susceptor est anime
mee :

Auerte mala inimicis meis :
⁊ in veritate tua disperde illos :

Voluntarie sacrificabo tibi
⁊ confitebor nomini tuo domine
quoniam bonum est :

Quoniam ex omni tribula
tione eripuisti me : ⁊ super ini
micos meos despexit oculus meus.

Gloria patri ⁊ filio : ⁊ spiri
tui sancto :

Sicut erat in principio et
nunc ⁊ semper : ⁊ in secula secu
lorum : Amen : Psalmus : da :

Benedixisti domine ter
ram tuam : avertisti ca

ptiuitatem iacob.
Remisisti iniquitatem ple
bis tue: operuisti omnia peccata
eorum:
Mitigasti omnem iram tuã:
auertisti ab ira indignationis
tue:
Conuerte nos deus saluta
ris noster: et auerte iram tuam a
nobis:
Nunquid in eternum irasce
ris nobis: aut extendes iram
tuam a generatione in generatio
nem:
Deus tu conuersus uiuifica
bis nos et plebs tua letabit᷑ in te.
Ostende nobis domine mise

ncordiam tuam :⁊ salutare tu
uum da nobis:
Audiam quid loquatur in
me dominus deus : quoniam lo
quetur pacem in plebem suam :
Et super sanctos suos :⁊ in
eos qui convertuntur ad cor
Verumtamen prope timentes
eum salutare ipsius : ut inha
bitet gloria in terra nostra
Misericordia ⁊ veritas obvi
averunt sibi : iusticia ⁊ pax oscu
late sunt :
Veritas de terra orta ē :⁊ iusti
cia de celo prospexit :
Etenim dominus dabit beni
gnitatem :⁊ terra nr̄a dabit fructu

suum:
Iusticia ante eum ambulab[it]: et ponet in via gressus suos:
Gloria patri et filio: et spiritui sancto:
Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorum: Amen: Psalmus. DD.
Laudate dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi:
Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: et veritas domini manet in eternum:
Gloria patri et filio: et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et.

nunc et semper, et in secula seculo
rum: Amen: aña: Assumpta est
maria in celum gaudent angeli
laudantes benedicunt dominu.
Que est ista que progredi
tur quasi aurora cõsur
gens pulchra ut luna electa ut
sol terribilis ut castrorum acies
ordinata: Deo gratias. Vs: Di
gnare me laudare te virgo sac̃
ta. R: Da mihi virtutem con
tra hostes tuos
Kyrieleison
Christeleison
Kyrieleison
Domine exaudi orationẽ
meam: Et clamor meus ad te

ueniat: Oratio:
Deus qui uirginalem au
lam beate marie uirginis in q̄
habitares eligere dignatus es:
da quesumus: ut sua nos defē
sione munitos iocundos faci
at sue interesse commemorati
oni: Qui uiuis et regnas deus:
In secula seculorum: amen:
Aña: Sancti dei omnes interce
dere dignemini pro nr̄a omni
umq; salute: V̄s: Letamini i
domino et exultate iusti. R̄: Et
gloriamini omnes recti corde:
Exaudi nos deus salu
taris nr̄. et apostolorū
tuorum petri et pauli et aliorum

apostolorum nos tuetur presi
dijs quorum donasti fideles esse
doctrinis. Oratio.
Omnes sancti tui quesu
mus domine nos ubiqz adiu
uent ut dum eorum merita re
colimus patrocinia sentiamus.
Et pacem tuam nr̄is concede
de temporibus ⁊ ab ec
clesia tua cunctam repelle neq
uiam iter actus ⁊ uoluntates
nr̄as ⁊ omnium famulorum
tuorum in salutis tue prosperi
tate dispone benefactoribus
nr̄is sempiterna bona retribue
⁊ omnibz fidelibus defunctis
requiem eternam concede. Per do

minum nostrum iesum christum
filium tuum: Qui tecum viuit et
regnat in unitate spiritus sancti
deus: Per omnia secula seculorum.
amen: Domine exaudi orationem
meam: Et clamor meus ad te ue
niat: Benedicamus domino:
Deo gratias: Fidelium anime de
functorum per misericordiam
dei requiescant in pace: amen:

O ET IN TERRA

Ad terciam:

DEUS IN AD
iutorium me
um intende.
Domine ad
adiuuandum
me festina.
Gloria patri et filio: et spiritui
sancto
Sicut erat in principio et
nunc et semper et in secula secu
lorum: amen. Hymnus.
Memento salutis auc
tor quod nostri quondam
corporis ex illibata virgine na
scendo formam sumpseris.
Maria mater gratie mater mi

IN EXCELSIS DEO

GLORIA

sericordie tu nos ab hoste pro
tege in hora mortis suscipe.
Gloria tibi domine qui na
tus es de uirgine cum patre et san
cto spiritu in sempiterna secula.
Amen. Antiphona. Maria uirgo. Psalmus.
Ad dominum cum tri
bularer clamaui: et ex
audiuit me.
Domine libera animam me
am a labiis iniquis: et a lingu
a dolosa.
Quid detur tibi aut quid ap
ponatur tibi: ad linguam dolo
sam.
Sagitte potentis acute cum
carbonibus desolatoriis.

Heu mihi quia incolatus me
us prolongatus est habitavi cum
habitantibus cedar: multum in
cola fuit anima mea.
Cum his qui oderunt pacem
eram pacificus: cum loquebar
illis impugnabant me gratis.
Gloria patri et filio: et spiritui
sancto.
Sicut erat in principio et
nunc et semper: et in secula secu
lorum: amen. Psalmus. cxx.
Levavi oculos meos in
montes: unde veniet
auxilium mihi.
Auxilium meum a domino:
qui fecit celum et terram.

Non det in commotionem
pedem tuum: neqz dormitet q
custodit te:
Ecce non dormitabit neqz
dormiet: qui custodit israel:
Dominus custodit te domi
nus protectio tua: sup manuz
dexteram tuam:
Per diem sol non uret te:
neqz luna per noctem
Dominus custodit te ab om
malo: custodiat animam tuaz
dominus:
Dominus custodiat introi
tum tuum et exitum tuum: ex
hoc nunc et usqz in seculum
Gloria patri et filio: et spiritui

sancto:
Sicut erat in principio et
nunc ⁊ semper. ⁊ in secula secu
lorum: amen: Psalmus. cxxi:
Letatus sum in his que
dicta sunt mihi in do
mum domini ibimus:
Stantes erant pedes nr̄i:
in atriis tuis iherusalem
Iherusalem que edificatur
ut ciuitas: cuius participatio
eius in idipsum
Illuc enim ascenderunt tri
bus tribus domini: testimoni
um israel ad confitendum no
mini domini:
Quia illic sederunt sedes in

iudicio: sedes super domum
dauid
Rogate que ad pacem sunt
ihrusalem: et habundantia di
ligentibus te
Fiat pax in uirtute tua: et
habundantia in turribus tuis.
Propter fratres meos et p
ximos meos: loquebar pacē
de te:
Propter domum domini
dei nostri: quesiui bona tibi:
Gloria patri et filio: et spiritu
i sancto
Sicut erat in principio et
nunc et semper: et in secula secu
lorum amen. aña Maria uirgo

assumpta est ad ethereum tha
lamum in quo rex regum stel
lato sedet solio: Capitulum:
[E]t sic in syon firmata su
m in civitate sanctifica
ta similiter requievi: et in iheru
salem potestas mea: Deo grãs:
V: Diffusa est gratia in la
biis tuis: R: Propterea be
nedixit te deus in eternum
[K]yrieleison.
[C]hristeleison
[K]yrieleison.
[D]omine exaudi oratiõem
meam: Et clamor meus ad te
[v]eniat: Oratio:
[D]eus qui salutis eterne

beate marie uirginitate fecunda
humano generi premia presti-
tisti: tribue quesumus: ut ipsam
pro nobis intercedere sentiamus:
per quam meruimus auctorem
uite suscipere: dominum nostrum ie-
sum christum filium tuum: a-
men. Antiphona. Sancti dei omnes
intercedere dignemini pro nostra
omniumque salute. Versus. Letami-
ni in domino et exultate iusti.
Responsorium. Et gloriamini omnes re-
cti corde. Oratio.
Protege domine populum
tuum et apostolorum tuorum pe-
tri et pauli et aliorum apostolorum
patrocinio confidentem perpetua de-

209

fensione conserva Oratio:

Omnes sancti tui quesu mus domine nos ubi qz adiuvent ut dum eorū me rita recolimus patrocinia senti amus Oratio:

Et pacem tuam nostris cōcede temporibus et ab ecclia tua cunctam repelle nequiciā iter actus et voluntates nrās et omnium famulorum tuoꝝ in salutis tue prosperitate dis pone benefactoribus nostris sempiterna bona retribue: et oī bus fidelibus defunctis requi em eternam cōcede: Per dominū nostrum iesum christum filiū

tuum: Qui tecum vivit et reg
nat in unitate spiritus sancti
deus: Per omnia secula seculorum:
Amen: Domine exaudi oratio
nem meam: Et clamor meus
ad te veniat: Benedicamus do
mino: Deo gratias. Fidelium
anime defunctorum per miseri
cordiam dei requiescant in pace:

Amen:

Ad Sextam:
DEUS IN AD
iutoriu3 me
UM INTEN
de: Domine
AD ADIUV
iandum me festina:
Gloria patri ⁊ filio: ⁊ spiritu
sancto.
Sicut erat in principio ⁊
nunc ⁊ semper: ⁊ in secula secu
lorum: amen: Hymnus
Memento salutis auc
tor quod nostri quon
dam corporis ex illibata virgi
ne nascendo formam sumpseris
Maria mater gratie mater

misericordie tu nos ab hoste
protege in hora mortis suscipe:
Gloria tibi domine qui nat9
es de virgine cum patre et sancto
spiritu in sempiterna secula
Amen: aña: In odorem: Ps. Ad
Ad te levavi oculos meos
qui habitas in celis:
Ecce sicut oculi servorum i
manibz dominorum suorum:
Sicut oculi ancille in mani
bus domine sue. ita oculi nr̃i ad
dominum deum nr̃m donec mi
sereatur nostri
Miserere nr̃i domine misere
re nr̃i quia multum repleti sumus
despectione:

Quia multum repleta est anima nr̃a: obprobrium ha- bundantibz et despectio superbis.

Gloria patri et filio: et spiritui sancto.

Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorum. Amen.

Psalmus. dc.

Nisi quia dominus erat in nobis dicat nunc israel: nisi quia dominus erat in nobis.

Cum exurgerent homines in nos forte uiuos deglutissent nos.

Dum irasceretur furor eorũ in nos: forsitan aqua absorbuisset nos.

Torrentem pertransiuit a
nima nr̃a) forsitan pertransisset
anima nr̃a aquam intollerabi
lem.
Benedictus dominus qui
non dedit nos: in captione de
tibus eorum
Anima nr̃a sicut passer: ere
pta est de laqueo uenantium
Laqueus contritus est: et
nos liberati sumus.
Adiutorium nostrum in no
mine domini: qui fecit celum et
terram:
Gloria patri et filio: et spiritu
i sancto:
Sicut erat in principio et

nunc ꝛ semper: ꝛ in secula seculo
rum: amen: Psalmus .v°.
Qui confidunt in domino
sicut mons syon: non
commouebitur in eternum q
habitat in iherusalem
Montes in circuitu eius ꝛ
dominus in circuitu populi sui
ex hoc nunc ꝛ usqꝫ in seculuȝ:
Quia non relinquet domi
nus uirgam peccatorum sup
sortem iustorum: ut non exte
dant iusti ad iniquitatem ma
nus suas
Benefac domine: bonis ꝛ
rectis corde.
Declinantes autem in ob

ligationes adducet dñs cum
operantibz iniquitatem: pax su
per israel
Gloria patri et filio: et spiri
tui sancto.
Sicut erat in principio et
nunc et semper: et in secula secu
lorum: Amen: aña: In odorem
unguentorum tuorum curri
mus adolescentule dilexerunt
te nimis. Capitulum.
Et radicaui in populo
honorificato: et in partes dei me
hereditas illius: et in plenitu
dine sanctorum detentio mea.
Deo gratias: ℣. Benedicta tu i
mulieribz et benedictus fructus ue

tris tui

Kyrieleison

Christeleison

Kyrieleison

Domine exaudi orationē
meam: Et clamor meus ad te
veniat. Oratio.
Concede misericors deus
fragilitati nře presidium: ut
qui sancte dei genitricis & vir-
ginis marie memoriam agimus
intercessionis eius auxilio a
nostris iniquitatibz resurgamus.
Per eundem christum dominum
nostrum: Amen. Aña. Sancti dei
omnes intercedere dignemini
pro nřa omniumqz salute. Vs.

Letamini in domino et exulta
te iusti. ℟. Et gloriamini oēs
recti corde. Oratio:
Exaudi nos deus salu
taris nr̄i et apostolorum tuorum
petri et pauli et aliorum aposto
lorum nos tueri presidiis quo
rum donasti fideles esse doctri
nis. Oratio:
Omnes sancti tui que
sumus domine nos
ubiqz adiuvent ut dum eorum
merita recolimus patrocinia
sentiamus. Oratio.
Et pacem tuam nostris
concede temporibus et
ab ecclesia tua cunctam repel

e nequiciam iteractus ⁊ no
untates nr̃as ⁊ omnium fam
orum tuorum in salutis tue p
rietate dispone benefactoribꝫ
ris sempiterna bona retribue.
omnibus fidelibus defunctis
equiem eternam cõcede. Per
ominum nostrum iesum chri
tum filium tuum: Qui tecum
iuit ⁊ regnat in unitate spiri
us sancti deus: Per omnia sclã
eculorum: amen: Domine ex
udi orationem meam: Et cla
mor meus ad te ueniat: Benedi
amus domino: Deo grãs: Fide
ium anime defunctorum p mi
sericordiã dei requiescant i pace: A.



Ad nonam:
[D]EUS IN AD
iutorium me
um intende:
Domine ad ad
iuuanduz me
festina.
Gloria patri ⁊ filio: ⁊ spiritui
sancto:
Sicut erat in principio ⁊
nunc ⁊ semper: ⁊ in secula secu
lorum: amen: Hymnus
Memento salutis auc
tor quod nrũ quondã
corpus ex illibata uirgine
nascendo formam sumpseris
Maria mater gratie mater



misericordie tu nos ab hoste
protege ⁊ hora mortis suscipe.
Gloria tibi domine qui na
tus es de virgine cum patre ⁊
sancto spiritu in sempiterna
secula: Amen. Aña. Pulchra
es. Psalmus. cxxv.
In convertendo dñs
captivitatem syon: facti su
mus sicut consolati.
Nunc repletum ē gaudio
os nostrum ⁊ lingua nr̃a ex
ultatione.
Tunc dicent inter gentes:
magnificavit dominus face
re cum eis:
Magnificavit dominus fa

cere nobiscum: facti sumus
letantes. Conuerte domi
ne captiuitatem nram sicut tor
rens in austro. Qui seminant
in lachrymis: in exultatione
metent.
Euntes ibant et flebant: mit
tentes semina sua.
Venientes autem uenient
cum exultatione: portantes
manipulos suos.
Gloria patri et filio: et spiritui
sancto
Sicut erat in principio et
nunc et semper: et in secula seculo
rum. Amen. Ps. cxxvi.
Nisi dominus edificaue

nt domum: in uanum laboraue
runt qui edificant eam
Nisi dominus custodierit ci
uitatem: frustra uigilat qui cu
stodit eam
Vanum ē uobis ante lucē
surgere: surgite postq̄ sederitis q
manducatis panem doloris:
Cum dederit dilectis suis so
mnum: ecce hereditas domini fi
lii merces fructus uentris:
Sicut sagitte in manu pote
tis: ita filii excussorum
Beatus uir qui impleuit de
siderium suum ex ipsis: non cō
fundetur cum loquetur inimicis
suis in porta

Gloria patri ⁊ filio: ⁊ spiritu
i sancto.
Sicut erat in principio et
nunc ⁊ semper: ⁊ in secula seculo
rum: Amen. Ps: dd:
Beati omnes qui timẽt
dominum: qui ambulant in
viis eius.
Labores manuum tuarũ
q[uia] manducabis beatus es ⁊ be
ne tibi erit.
Uxor tua sicut vitis habũ
dans: in lateribz domus tue:
Filij tui sicut novelle oli
varum: in circuitu mense tue:
Ecce sic benedicetur homo:
qui timet dominum:

Benedicat tibi dominus ex
syon: et videas bona iherusalez
omnibz diebz vite tue:
Et videas filios filiorum
tuorum: pacem super israel
Gloria patri et filio: et spiritui
sancto.
Sicut erat in principio et
nunc et semper: et in secula secu
lorum: Amen. Aña: Pulcra es
et decora filia iherusalem terribi
lis ut castrorum acies ordinata
In plateis. Capitulũ
sicut cynamomum et
balsamum aromatizans odorē
dedi: quasi mirra electa dedi sua
vitatem odoris. Deo gratias

℣s: Post partum uirgo inui
olata permansisti. ℟: Dei geni
trix intercede pro nobis.
Kyrieleison
Christeleison
Kyrieleison
Domine exaudi orationẽ
meam: Et clamor meus ad te
ueniat. Oratio:
Famulorum tuorum q̃
sumus domine delictis ignosce
ut qui tibi placere de actibus
nris non ualemus: genitricis
filii tui domini nr̃i iesu christi i
tercessione saluemur. Per eundẽ
christum dominum nrm: amen.
Aña: Sancti dei oẽs intercedere pro

gaudemini pro nostra omniumq3 sa
lute: Vs: Letamini in domino et
exultate iusti: Rx: Et gloriami
ni omnes recti corde. Oratio.
Presta quesumus omnipotens
deus: ut nullis nos per
mittas perturbationibus concuti quos
in apostolice confessionis petra
solidasti. Oratio:
Omnes sancti tui quesu
mus domine nos ubi
q3 adiuvent: ut dum eorum me
rita recolimus patrocinia senti
amus: Oratio:
Et pacem tuam nostris
concede temporibus et ab
ecclesia tua cunctam repelle neq

ciam iter actus et uoluntates
nr̃as et omnium famulorum tu
orum in salutis tue prosperitate
dispone benefactoribz nr̃is sem
piterna bona retribue: et omni
bus fidelibus defunctis requiẽ
eternam concede: Per dominuz no
strum iesum christum filium
tuum: Qui tecum uiuit et regnat
in unitate spiritus sancti deus.
Per omnia secula seculorum: amen:
Domine exaudi orationẽ meã:
Et clamor meus ad te ueniat:
Benedicamus domino: Deo gr̃as.
fidelium anime defunctorum per
misericordiam dei requiescant in
pace: amen



Ad vesperas.

DEVS IN AD
iutorium me
um intende:
Domine ad ad
iuuandum
me festina:
Gloria patri et filio: et spiri
tui sancto
Sicut erat in principio et
nunc et semper: et in secula secu
lorum Amen: aña Dum eēt.
Dixit dominus domi
no meo: sede a dextris
meis:
Donec ponam inimicos tu
os: scabellum pedum tuorum:

Virgam uirtutis tue emit
tet dominus ex syon domina
re in medio inimicorum tuorū.
Tecum principium in die
uirtutis tue in splendoribus
sanctorum: ex utero ante luci
ferum genui te.
Iurauit dominus et non
penitebit eum: tu es sacerdos
in eternum secundum ordinē
melchisedech.
Dominus a dextris tuis:
confregit in die ire sue reges.
Iudicabit in nationibus
implebit ruinas: cōquassabit
capita in terra multorum.
De torrente in uia bibit: ppte

rea exaltabit caput :
Gloria patri et filio : et spiritui
i sancto.
Sicut erat in principio et
nunc et semper : et in secula seculo
rum : amen : ana : Dum esset rex
in accubitu suo nardus mea de
dit odorem suavitatis. an : Le
ua eius : Ps : cxii.
Laudate pueri dominum :
laudate nomen domini
Sit nomen domini benedic
tum : ex hoc nunc et usque in secu
lum :
A solis ortu usque ad occasum :
laudabile nomen domini
Excelsus super omnes gentes

dominus : ⁊ super celos gloria
eius.
Quis sicut dominus deus
nr̄ qui in altis habitat ⁊ humi
lia respicit in celo ⁊ in terra.
Suscitans a terra inopē : ⁊
de stercore erigens pauperem :
Ut collocet eum cum princi
pibus : cum principibꝫ populi
sui.
Qui habitare facit sterilem
in domo : matrem filiorum le
tantem.
Gloria patri ⁊ filio : ⁊ spiritu
i sancto.
Sicut erat in principio et
nunc ⁊ semper : ⁊ in secula secu

lorum: Amen. aña. Leua eius
sub capite meo et dextera illi⁹
amplexabitur me. aña. Nig.

Letatus sum in his que
dicta sunt mihi in do
mum domini ibimus.
Stantes erant pedes nostri: i
atriis tuis iherusalem
Iherusalem que edificatur
ut ciuitas: cuius participatio e
ius in idipsum.
Illuc enim ascenderunt
tribus tribus domini: testimoni
um israel ad confitendum no
mini domini.
Quia illic sederunt sedes i
iudicio: sedes super domum da.

Rogate que ad pacem sunt
iherusalem: et habundantia di
ligentibus te.

Fiat pax in uirtute tua et
habundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos et pro
ximos meos: loquebar pacem
de te.

Propter domum domini
dei nostri: quesiui bona tibi

Gloria patri et filio: et spiri
tui sancto.

Sicut erat in principio et
nunc et semper: et in secula secu
lorum amen. antiphona Nigra sum
sed formosa filia iherusalem ideo
dilexit me rex et introduxit me in

cubiculum suum: aña: Labores.
Nisi dominus edificaue
rit domum: inuanum
laborauerunt qui edificant eã:
Nisi dominus custodierit
ciuitatem: frustra uigilat q cu
stodit eam:
Vanum ẽ nobis ante lucẽ
surgere: surgite postq̃ sederitis
qui manducatis panẽ doloris:
Cum dederit dilectis suis
somnum: ecce hereditas domi
ni filij merces fructus uentris:
Sicut sagitte in manu potẽ
tis: ita filii excussorum
Beatus uir qui impleuit de
siderium suum ex ipsis: non cõ

fundetur cum loquetur inimi-
cis suis in porta.
Gloria patri et filio: et spiri-
tui sancto
Sicut erat in principio et
nunc et semper: et in secula secu-
lorum: amen. aña Iam hyems
transiit imber abijt et recessit sur-
ge amica mea et veni. aña Speci-
osa facta es. Ps.
Lauda ierusalem dom-
num: lauda deum tuum syon.
Quoniam confortauit sera(s)
portarum tuarum: benedixit fi-
liis tuis in te.
Qui posuit fines tuos pacẽ:
et adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suu
terre: velociter currit sermo eius.
Qui dat nivem sicut lanam:
nebulam: sicut cinerem spargit.
Mittit cristallum suum sicut
buccellas: ante faciem frigoris
eius quis sustinebit.
Emittet verbum suum et li
quefaciet ea: flabit spiritus eius
et fluent aque.
Qui annunciat verbum su
um iacob: iusticias et iudicia su
a israel.
Non fecit taliter omni nati
oni: et iudicia sua non manife
stavit eis.
Gloria patri et filio: et spiritui

i sancto:
Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorum: amen. aña Speciosa facta es et suavis in delitiis tuis sancta dei genitrix. Capitulum
Ab initio et ante secula creata sum et usque ad futurum seculum non desinam et in habitatione sancta coram ipso ministravi: Deo gratias. Hymnus
Ave maris stella dei mater alma atque semper virgo felix celi porta
Sumens illud ave gabrielis ore funda nos in pace mutans nomen eve.

Solue uincla reis profer
lumen cecis mala nr̃a pelle bona
cuncta posce.
Monstra te eẽ matrem sumat
per te preces qui pro nobis na
tus tulit esse tuus.
Virgo singularis inter oẽs
mitis nos culpis solutos mite
fac et castos.
Vitam p̃sta puram iter para
tutum ut uidentes iesum sem
per colletemur.
Sit laus deo patri summo
christo decus spiritui sancto tri
nus honor unus. amen. ℣
Diffusa ē gratia in labiis tuis.
℟. Propterea benedixit te deus

in eternum. aña. Beata mi

Canticum beate marie.

Magnificat: anima mea dominum

Et exultauit spiritus meus: in deo salutari meo

Quia respexit humilitatem ancille sue: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes

Quia fecit mihi magna qui potens est: et sanctum nomen eius

Et misericordia eius a progenie: in progenies timentibus eum

Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cor

dis sui.
Deposuit potentes de sede: et
exaltauit humiles.
Esurientes impleuit bonis.
et diuites dimisit inanes
Suscepit israel puerum su-
um: recordatus misericordie
sue:
Sicut locutus ē ad patres
nr̃os: abraham et semini eius ĩ
secula.
Gloria patri et filio: et spiritui
sancto
Sicut erat in principio et
nunc et semper: et in secula seculo
rum: Amen: aña: Beata mater et
innupta virgo gloriosa regina

mundi intercede pro nobis ad do
minum
Kyrieleison.
Christeleison
Kyrieleison.
Domine exaudi orationem
meam: Et clamor meus ad te ve
niat: Oratio:
Concede nos famulos tu
os quesumus domine deus per
petua mentis et corporis salute
gaudere et gloriosa beate marie
semper virginis intercessione a
presenti liberari tristicia et eterna
perfrui leticia: Per christum domi
num nostrum: amen. Antiphona: Sancti de
i omnes intercede pro nostra omni

uniqz salute. Vs: Letamini in
domino et exultate iusti: R. Et
gloriamini omnes recti corde:

PRotege domine: Orō:
populum tuum et apo
stolorum tuorum petri et pauli et
aliorum apostolorum patroci
nio confidentem ꝑpetua defensi
one conserua. Oratio:

Omnes sancti tui quesu
mus domine nos ubiqz adiu
uent ut dum eorum merita re
colimus patrocinia sentiamus:

Et pacem tuam nr̄is cōce
de temporibz et ab ecclīa
tua cunctam repelle nequiciam
iter actus et uoluntates nr̄as et

omnium famulorum tuorum in
salutis tue prosperitate dispone
benefactoribz nris sempiterna
bona retribue: et omnibz fidelibz
defunctis requiem eternam concede
Per dominum nostrum iesum christum
filium tuum: Qui tecum vivit et
regnat in unitate spiritus sancti
deus: Per omnia secula seculorum:
amen: Domine exaudi: Et cla:
Benedicamus domino: Deo gras.
Fidelium anime defunctorum per
misericordiam dei requiescant in
pace: amen:



Ad cōpletoriū

CONVERTE nos deus salutaris noster. Et aute iram tuam a nobis.


Deus in adiutorium meū intende. Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria patri et filio: et spiritui sancto.

Sicut erat in principio et nunc et semper: et in secula seculorum amen. Ps. ad.

Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea: dicat nunc israel





Sepe expugnauerunt me a
iuuentute mea: etenim non po
tuerunt mihi.
Supra dorsum meum fabri
cauerunt peccatores: prolonga
uerunt iniquitatem suam.
Dominus iustus concidet cer
uices peccatorum: confundantur
et conuertantur retrorsum oes
qui oderunt syon.
Fiant sicut fenum tectorum:
quod priusquam euellatur exaruit.
De quo non impleuit manum
suam qui metet: et sinum suum
qui manipulos colliget.
Et non dixerunt qui preteri
bant benedictio domini super uos

nedixímus uobis in nomine
domini.
G loria patri ꝛ filio : ꝛ spiritui
ancto :
S icut erat in principio ꝛ nūc
semper : ꝛ in secula seculorum : ā.
D E profundis. ps̄ dd̄.
clamaui ad te domine :
domine exaudi uocem meam :
F iant aures tue intendentē
in uocem deprecationis mee
S i iniquitates obseruaueris
domine : domine quis sustinebit
Q uia apud te propiciacio est : ꝛ
propter legem tuam sustinui te do
mine :
S ustinuit anima mea in uer

bo eius: speravit anima mea in
domino:
A custodia matutina usque ad
noctem: speret israel in domino:
Quia apud dominum mise
ricordia: et copiosa apud eum re
demptio.
Et ipse redimet israel: ex om
bus iniquitatibus eius.
Gloria patri et filio: et spiritui
sancto.
Sicut erat in principio et
nunc et semper: et in secula seculo
rum: amen. Psalmus david.
Domine non est exaltatum
cor meum: neque elati
sunt oculi mei

Neqz ambulaui in magnis
neqz in mirabilibz super me
Si non humiliter sentiebaz:
sz exaltaui animam meam.
Sicut ablactatus ē super
matre sua: ita retributio in ani
ma mea.
Speret israel in domino: ex
hoc nunc et usqz in seculum
Gloria patri et filio: et spiritu
i sancto
Sicut erat in principio et
nunc et semper: et in secula secu
lorum amen. Ad hymn.
Memento salutis auctor
quod nri quondam corporis ex
illibata uirgine nascēdo formaz

sumpsisti.

Maria mater gratie mater mi-
sericordie tu nos ab hoste prote-
ge in hora mortis suscipe.
Gloria tibi domine qui na-
tus es de virgine cum patre et
sancto spiritu in sempiterna se-
cula. amen. Capitulum

Ego mater pulchre di-
lectionis et timoris et
magnitudinis et sancte spei.
Deo gratias. ℣. Ora pro nob-
sancta dei genitrix. ℟. Ut di-
gni efficiamur promissionibus
christi. Antiphona. Sub tuum.
Nunc dimittis servum tu-
um domine: secundum verbum tu-

um in pace

Quia viderunt oculi mei:
salutare tuum

Quod parasti ante faciem:
omnium populorum

Lumen ad revelationem
gentium: ⁊ gloriam plebis
tue israel:

Gloria patri ⁊ filio: ⁊ spiri
tui sancto

Sicut erat in principio ⁊
nunc ⁊ semper: ⁊ in secula secu
lorum: amen: Aña: Sub tuum
presidium confugimus sancta
dei genitrix nr̃as deprecatiões
ne despicias in necessitatibus
sꝫ a periculis cunctis libera nos

semper uirgo benedicta
Kyrieleison
Christeleison.
Kyrieleison.
Domine exaudi orationem meam: Et clamor meus ad te ueniat. Oratio:
Deus et gloriose semper que uirginis marie quesumus domine intercessio gloriosa nos protegat et ad uitam perducat eternam: Per christum dominum nostrum: amen. Antiphona: Sancti dei omnes intercedere dignemini pro nostra omniumque salute: Versus: Letamini in domino et exultate iusti
Responsio: Et gloriamini omnes re

cti corde : **Oratio :**

Exaudi nos deus saluta
ris noster et apostolorum
tuorum petri et pauli et aliorum
apostolorum nos tuere presidiis
quorum donasti fideles esse doc
trine. **Oratio :**

Omnes sancti tui quesu
mus domine nos ubiqz adiu
uent ut dum eorum merita re
colimus patrocinia sentiamus.

Et pacem tuam nostris conce
de temporibus et ab ec
clesia tua cunctam repelle nequi
ciam iter actus et voluntates
nostras et omnium famulorum tu
orum in salutis tue prosperita

te dispone benefactoribus nostris sem
piterna bona retribuere: et omnibus
fidelibus defunctis requiem eternam
concede: Per dominum nostrum iesum
christum filium tuum: etc.

Salutatio beate marie virginis:

Salve regina misericordie
vita dulcedo et spes
nostra salve: Ad te cla
mamus exules fi
lii eve: Ad te suspiramus gemen
tes et flentes in hac lachrymarum
valle: eya ergo advocata nostra: Il
los tuos misericordes oculos ad
nos converte: et iesum benedictum
fructum ventris tui nobis post
hoc exilium ostende: O clemens:

O pia. O dulcis maria. ℣: Aue
maria gratia plena dominus te-
cum. ℟: Benedicta tu in muli-
eribus et benedictus fructus uen-
tris tui: Domine exaudi oratio-
nem meam: et clamor meus ad
te ueniat. Oratio:
Omnipotens sempiterne
deus qui gloriose uirginis ma-
tris marie corpus et animam ut
dignum filii tui habitaculum ef-
fici mereretur spiritu sancto coopera-
te preparasti: da ut cuius comme-
moratione letamur: eius pia in-
tercessione ab instantibus malis
et a morte perpetua atque subitanea
liberemur. Per christum dominum



Sabbato primo dominice de
aduentu domini dicitur ad ue
speras: aña: Missus est gabr: cum
reliquis añis: de laudibus et
dicantur psalmi consueti. Capi
Egredi tulum:
etur uirga de
radice iesse et
flos de radice
eius ascendet.
et requiescet super
eum spiritus domini. R: Deo
gratias. Hymnus et uersicu
lus ut supra in uesperis ante ad
uentum: Ad magnificat: aña:
Spiritus sanctus in te descẽdet
maria: ne timeas habebis in

utero filium dei: allã. Oratio.
Deus qui de beate marie
virginis utero verbuz
tuum angelo nunciante carnē
suscipere voluisti: presta supplica
bus tuis: ut qui vere eam dei ge
nitricem credimus eius apud
te intercessionibz adiuvemur.
Per eundem christum dominū
nr̄m: amen. De sanctis. añ. Ecce
dominus veniet et omnes sancti
eius cum eo: et erit in die illa lux
magna allã. vs. Ecce apparebit
dominus super nubem candidā
Et cum eo sanctorum milia. oro
Conscientias nr̄as que
sumus domine visitā

do purifica: ut ueniens iesus xp̄s
filius tuus dominus nr̄ cum oi
bus sanctis: paratam sibi in no
bis inueniat mansionem: Qui
tecum uiuit ⁊ regnat in unitate
spiritus sancti deus: Per omnia se
cula seculorum: amen: Et tales
orationes dicuntur ad omnes
horas usqȝ ad natiuitatē: Ad
matutinas: Inuitatorium:
Aue maria. Ps̄ Uenite: Hymni
Antiphone psalmi ⁊ uersiculi:
dicuntur sicut ante aduentum:
excepto q̄ in tertio nocturno ubi
dicitur: aña: Post partum: Loco
eius dicitur: aña: Angelus do
mini nunciauit marie ⁊ cōcepit.

de spũ sancto: allã: Lc i:
Missus ē gabriel angelus
a deo in ciuitatem galilee cui no
men nazareth: ad uirginem de
sponsatam uiro cui nomen erat
ioseph de domo dauid: et nomē
uirginis maria; Et ingressus ā
gelus ad eam dixit: aue gratia
plena dominus tecum: benedi
cta tu in mulieribz; Tu autem
domine miserere nñ: Deo grãs.
R: Missus ē gabriel angel9
ad mariam uirginem despon sa
tam ioseph nuncians ei uerbū:
et expauescit uirgo de lumine;
ne timeas maria inuenisti grãz a
pud dominum: Ecce cõcipies et

paries: et vocabitur altissimi fi-
lius. ℣: Dabit ei dominus de-
sedem dauid patris eius et regna-
bit in domo iacob in eternum:
Ecce cõcipies. Lectio ii:
Que cum audisset turba-
ta ē in sermone eius: et cogitabat
qualis esset ista salutatio: et ait
angelus ei: Ne timeas maria i-
uenisti enim gratiam apud do-
minum: Ecce cõcipies in utero
et paries filium: et vocabis no-
men eius iesum: Hic erit magn-
et filius altissimi vocabitur: et
dabit illi dominus deus sedem
dauid patris eius: et regnabit ĩ
domo iacob in eternum: et regni

eius non erit finis: Tu autem. R
Aue maria gratia plena domin9
tecum: Spiritus sanctus superue
niet in te: et uirtus altissimi obū
brabit tibi quod enim ex te nasce
tur sanctum uocabitur filius dei.
V: Quomodo fiet istud quoni
am uirum non cognosco: Et res
pondens angelus dixit ei: Spūs
sanctus: Lectio iii.
Dixit autem maria ad an
gelum: Quomodo fiet istud qm̄
uirum non cognosco: Et respō
dens angelus dixit ei Spiritus
sanctus superueniet in te: et uir
tus altissimi obumbrabit tibi:
Ideoque et quod nascetur ex te sctm̄

uocabitur filius dei: Et ecce ely
zabeth cognata tua et ipsa conce
pit filium in senectute sua: et
hic mensis est sextus illi: que
uocatur sterilis quia non erit im
possibile apud deum omne uer
bum: Dixit autem maria: Ec
ce ancilla domini: fiat mihi se
cundum uerbum tuum: Tu autem.
Rx: Suscipe uerbum uirgo
maria quod tibi a domino per
angelum transmissum est concipiens
deum pariter et hominem: Ut be
nedicta dicaris inter omnes
mulieres: Vs: Paries quidem
filium et uirginitatis non pati
eris detrimentum efficieris gra

uida: et eius mater semper inta
cta: Ut benedictã dicans: Gloria
patri: Ut benedictã dicans: inter õ
nes mulieres. Ad laudes et per
horas: aña: Missus ẽ gabriel ã
gelus ad mariam virginem de
sponsatam ioseph: aña Aue ma
Dominus reg. : Psalmus:
nauit decorem: aña. Aue maria
grã plena dominus tecum: bene
dicta tu in mulieribus: allã: añ.
Ne timeas. Psalmus: dauid:
Jubilate deo omnis. aña:
Ne timeas maria: inuenisti gra
tiam apud dominum: ecce cõcipies
et paries filium allã. aña. Dabit
Deus deus meus: añ. Dabit

ei dominus deus sedem dauid
patris eius et regnabit i domo
iacob in eternum: aña. Ecce an.
Benedicite omnia: aña. Ec
ce ancilla domini fiat mihi sedz
uerbum tuum: Psalmus dat.
Laudate dominum de celis.
Egredietur uirga. etc. Hym
ni et uersiculi: et psalmi per oēs
horas dicuntur sicut ante aduē
tum: preter uersiculos none et
completorii: ad benedictus: aū:
Spiritus sanctus in te descendet
maria: ne timeas habebis in ute
ro filium dei: alla: Orationes ut
s: in uespris: Ad primam: aña:
Missus ē gabri: Capitulum:

Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabis nomen eius emanuel: butyrum et mel comedet: ut sciat reprobare malum et eligere bonum: Deo gratias:
Ad tertiam: antiphona: Aue maria. Capitulum
Egredietur. Ad sextam: antiphona: Ne:
Dabit ei dominus deus sedem dauid patris eius et regnabit in domo iacob in eternum et regni eius non erit finis: Deo gratias. Ad nonam: antiphona: Ecce antiphona.
Ecce virgo concipiet: Versus: Angelus domini marie: et concepit:
Ad vesperas: antiphona: Missus est: cum reliquis de laudibus: psalmi: consueti: capitulum. Egredietur cum reliquis ut supra in

primis vesperis: ad completo
rium: cp. Ecce virgo conci. vs: An
gelus domini. Añ: Ad nūc dim̄
Spiritus scūs: Nota quia vigili
a nativitatis domini usqz ad
purificationem beate marie vir
ginis fit officium sicut ante ad
ventum: excepto quia ad omnes
horas dr̄ hec oratio: Deus qui sa:
lus: In tertia ante adventum
dictis omnibz orationibz de a
postolis cum aliis ad omnes ho
ras sicut scriptum ē in officio ā
te adventum: Item ad laudes et
per omnes horas dicuntur: añ:
O admirabile commertium:
creator generis humani anima

tum corpus sumens de uirgiē
nasci dignatus ē: et procedens
homo sine semine largitus est
nobis suam deitatem: añ: Quā
do natus es ineffabiliter ex uir
gine tunc implete sunt scriptu
re sicut pluuia in uellus descen
disti ut saluum faceres genus
humanum te laudamus deus
noster: aña: Rubum quem
uiderat moyses in cōbustum
conseruatam agnouimus tuā
laudabilem uirginitatem dei
genitrix intercede pro nobis:
aña: Germinauit radix iesse
orta ē stella ex iacob: uirgo pe
perit saluatorem te laudamus

deus nr̄: aña: Ecce maria genu
it nobis saluatorem quem io
hannes videns exclamauit di
cens ecce agnus dei: ecce qui tol
lit peccata mundi: allā. Ad bene
dictus aña. Mirabile mysterium de
claratur hodie innouantur natu
re: deus homo factus ē id quod
fuit permansit: et quod non erat
assumpsit: non commixtionē
passus neq3 diuisionem: Ad ma
gnificat et nunc dimittis aña. Magnū
hereditatis mysterium: templū
dei factus ē uterus nesciens vir:
non ē pollutus ex ea carnem as
sumens: omnes gentes venient
dicentes: gloria tibi domine.

Sciendū est q͞d a uespere sabba
ti sancti usqȝ ad ascensionē fit
officium beate marie uirginis si
cut an͞ aduentum: excepto q͞d ad
mag͞t ad nunc dimittis ꝛ ad
benedictus dr̄: alla͞: Regina ce
li letare: alla͞: Quia quem meruisti
portare: alla͞: Resurrexit sicut dix
it: alla͞: Ora pro nobis deum: alla͞



Incipiunt septem psalmi peniten
nales : Ne reminiscaris : Ps :


Domine ne in fu
rore tuo argu
as me : neque i
ra tua corri
pias me

Miserere mei
domine quoniam infirmus sum :
sana me domine quoniam con
turbata sunt omnia ossa mea :

Et anima mea turbata est val
de : Et tu domine usquequo

Convertere domine et eripe
animam meam : salvum me fac
propter misericordiam tuam

Quoniam non est in morte q



memor sit tui : in inferno autē
quis confitebitur tibi
Laboraui in gemitu meo la
uabo per singulas noctes lectū
meum : lachrymis meis stratū
meum rigabo :
Turbatus est a furore ocul⁹
meus : inueteraui inter omnes
inimicos meos :
Discedite a me omnes qui
operamini iniquitatem : quoni
am exaudiuit dominus vocē
fletus mei :
Exaudiuit dominus depre
cationem meam : dominus ora
tionem meam suscepit :
Erubescant et conturbentur

uehementer omnes inimici mei;
conuertantur et erubescant ual
de uelociter.
Gloria patri et filio: et spiritui
sancto.
Sicut erat in principio et nunc
et semper: et in secula seculorum. Amen.
Beati quorum: Ps. d.
remisse sunt iniquita
tes: et quorum tecta sunt peccata.
Beatus uir cui non imputa
uit dominus peccatum: nec est in
spiritu eius dolus.
Quoniam tacui inueterauerunt
runt ossa mea: dum clamarem
tota die.
Quoniam die ac nocte gra

uata est super me manus tua: cō
uersus sum in erumna mea dū
configitur spina
Delictum meum cognitum
tibi feci: et iniusticiam meam nō
abscondi:
Dixi confitebor aduersū me
iniusticiam meam domino: et tu
remisisti impietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te omnis
sanctus: in tempore oportuno
Uenitamen in diluuio aqua
rum multarum: ad eum nō ap
proximabunt:
Tu es refugium meum a tri
bulatione que circumdedit me
exultatio mea erue me a circū

dantibus me

Intellectum tibi dabo et in-
struam te in via hac qua gra-
diens : firmabo super te oculos
meos :

Nolite fieri sicut equus et
mulus : quibus non est in-
tellectus :

In chamo et freno maxil-
las eorum constringe : qui non
approximant ad te :

Multa flagella peccatoris :
sperantem autem in domino
misericordia circumdabit.

Letamini in domino et ex-
ultate iusti : et gloriamini omnes
recti corde.

Gloria patri ⁊ filio : ⁊ spui sco.
Sicut erat in principio ⁊ nūc
⁊ semper : ⁊ in secula seculorū :
amen : Psalmus : david

Domine ne in furore tu
o arguas me : neq; in
ira tua corripias me

Quoniam sagitte tue īfixe
sunt mihi : ⁊ confirmasti super
me manum tuam

Non est sanitas in carne me
a a facie ire tue : non ē pax ossi
bus meis a facie peccatorum
meorum

Quoniam iniquitates me
e supergresse sunt caput meū :
⁊ sicut onus grave gravate

sunt super me
Putruerunt et corrupte sunt
cycatrices mee : a facie insipiē
tie mee :
Miser factus sum et curua
tus sum usqz in finem : tota di
e contristatus ingrediebar
Quoniam lumbi mei im
pleti sunt illusionibz : et non ē
sanitas in carne mea :
Afflictus sum et humiliat(us)
sum nimis : rugiebam a gemi
tu cordis mei
Domine ante te omne desi
derium meum : et gemitus me
us a te non ē absconditus
Cor meum conturbatum ē

dereliquit me uirtus mea: et
lumen oculorum meorum et ip
sum non est mecum.
Amici mei et proximi mei:
aduersum me appropinquaue
runt et steterunt.
Et qui iuxta me erant de
longe steterunt: et uim faciebāt
qui querebant animam meā.
Et qui inquirebant mala
mihi locuti sunt uanitates: et
dolos tota die meditabantur.
Ego autem tanq̄ surdus
non audiebam: et sicut mutus
non aperiens os suum.
Et factus sum sicut homo
non audiens: et non habens i

ore suo redargutiones.
Quoniam in te domine spera-
ui tu exaudies me domine de-
us meus.
Quia dixi nequando super-
gaudeant mihi inimici mei et
dum commouentur pedes mei
super me magna locuti sunt.
Quoniam ego in flagella
paratus sum et dolor meus in
conspectu meo semper.
Quoniam iniquitatem me-
am annunciabo et cogitabo pro
peccato meo.
Inimici autem mei viuunt
et confirmati sunt super me et
multiplicati sunt qui oderunt

me inique
Qui retribuunt mala pro
bonis detrahebant mihi quõ
sequebar bonitatem
Ne derelinquas me domīe
deus meus ne discesseris a me
Intende in adiutorium
meum domine deus salutis
mee
Gloria patri et filio et spiritu
i sancto
Sicut erat in principio et
nunc et semper et in secula seculo
rum Amen. Psalmus david.
Miserere mei deus secdm̄
magnam misericordi
am tuam

Et secundum multitudinē miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Amplius laua me ab iniquitate mea: et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccaui et malum coram te feci: ut iustificeris in sermonibus tuis et uincas cū iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus cōceptus sum: et in peccatis cōcepit me mater mea.

Ecce enim ueritatem dilexi

sti : incerta et occulta sapientie tue manifestasti michi :

Asperges me domine ysopo et mundabor : lavabis me et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et leticiam : et exultabunt ossa humiliata

Averte faciem tuam a peccatis meis : et omnes iniquitates meas dele :

Cor mundum crea in me deus : et spiritum rectum innova in visceribz meis

Ne proiicias me a facie tua : et spiritum sanctum tuum ne auferas a me :

Redde mihi leticiam saluta
ris tui ⁊ spiritu principali con
firma me.
Docebo iniquos uias tuas.
⁊ impii ad te conuertentur
Libera me de sanguinibz de
us deus salutis mee ⁊ exultabit
lingua mea iusticiam tuam
Domine labia mea aperies.
⁊ os meum annunciabit laudē
tuam.
Quoniam si uoluissēs sacri
ficium dedissem utiqz holocau
stis non delectaberis.
Sacrificium deo spiritus cō
tribulatus cor contritum ⁊ hu
miliatum deus non despicies.

Benigne fac domine in bona voluntate tua syon : ut edificentur muri iherusalem :
Tunc acceptabis sacrificium iusticie oblationes et holocausta : tunc imponent super altare tuum uitulos :
Gloria patri et filio : et spiritui sancto :
Sicut erat in principio et nunc et semper : et in secula seculorum : Amen : Psalmus : ci :
Domine exaudi orationem meam : et clamor meus ad te ueniat :
Non auertas faciem tuam a me : in quacunque die tribulor

inclina ad me aurem tuam
In quacunqz die inuoca
uero te: uelociter exaudi me.
Quia defecerunt sicut fum?
dies mei: et ossa mea sicut cremi
um aruerunt
Percussus sum ut fenum et
aruit cor meum: quia oblitus
sum comedere panem meum.
A uoce gemitus mei: adhe
sit os meum carni mee
Similis factus sum pellica
no solitudinis: fcs sū sicut nic
ticorax in domicilio.
Vigilaui et factus sum sicut
passer: solitarius in tecto
Tota die exprobrabant

mihi inimici mei: ⁊ qui lauda
bant me aduersum me iura
bant.
Quia cynerem tanq̃ panē
manducabam: ⁊ potum meū
cum fletu miscebam.
A facie ire indignationis
tue: quia eleuans allisisti me.
Dies mei sicut umbra decli
nauerunt. ⁊ ego sicut fenum
arui.
Tu autem domine in eter
num permanes: ⁊ memoriale
tuum in generatione ⁊ genera
tionem.
Tu exurgens domine mi
sereberis syon: q̃r tempus mi

serendi eius quia uenit tempus.
Quoniam placuerunt seruis
tuis lapides eius: et terre eius
miserebuntur.
Et timebunt gentes nomẽ
tuum domine: et omnes reges t
re gloriam tuam.
Quia edificauit dominus
syon: et uidebitur in gloria sua.
Respexit in orationem humili
um: et non spreuit precem eorũ.
Scribantur hec in generatio
ne altera: et populus qui creabit
laudabit dominum.
Quia prospexit de excelso
sancto suo: dominus de celo i
terram aspexit.

Ut audiret gemitus com-
peditorum : et solueret filios i-
teremptorum :
Ut annuncient in syon no-
men domini : et laudem eius
in iherusalem :
In conueniendo populos
in unum : et reges ut seruiant
domino :
Respondit ei in uia uirtutis
sue : paucitatem dierum meo-
rum nuncia mihi :
Ne reuoces me in dimidio
dierum meorum : in generati-
one et generationem anni tui :
Initio tu domine terram fū-
dasti : et opera manuum tuarū

sunt celi
Ipsi peribunt tu autem p
manes: et omnes sicut uesti
mentum ueterascent:
Et sicut opertorium muta
bis eos et mutabuntur tu au
tem idem ipse es: et anni tui
non deficient
Filii seruorum tuorum ha
bitabunt: et semen eorum in
seculum dirigetur:
Gloria patri et filio: et spiri
tui sancto
Sicut erat in principio et
nunc et semper: et in secula secu
lorum: Amen. Ps.
De profundis clamaui

ad te domine: domine exau
di vocem meam:
Fiant aures tue intendē
tes: in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates observaue
ris domine: domine quis sus
tinebit:
Quia apud te propiciatio
est: et propter legem tuam sus
tinui te domine:
Sustinuit anima mea in
verbo eius: speravit anima
mea in domino:
A custodia matutina usque
ad noctem: speret israel in dño.
Quia apud dominum mi
sericordia: et copiosa apud eum

redemptio

Et ipse redimet israel : ex omnibz iniquitatibz eius :

Gloria patri ⁊ filio : ⁊ spiritui sancto :

Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ semper : ⁊ in secula seculorum : Amen : Ps : cxl :

Domine exaudi orationem meam auribus percipe obsecrationem meam in ueritate tua exaudi me in tua iusticia :

Et non intres in iudiciuz cum seruo tuo : qz non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens :

Quia persecutus ē inimic⁹
animam meam: humiliauit
in terra uitam meam.
Collocauit me in obscuris
sicut mortuos seculi ⁊ anxia
tus est super me spiritus meus
in me turbatum est cor meum.
Memor fui dierum antiq⁹
rum meditatus sum in omni
bus operibus tuis: in factis
manuum tuarum meditabar.
Expandi manus meas ad
te: anima mea sicut terra sine
aqua tibi.
Uelociter exaudi me dñe.
defecit spiritus meus.
Non auertas faciem tuā

a me: et similis ero descenden
tibus in lacum

Auditam fac mihi mane
misericordiam tuam: quia in
te speravi

Notam fac mihi viam in
qua ambulem: quia ad te levavi
animam meam:

Eripe me de inimicis meis
domine. ad te confugi doce me
facere voluntatem tuam: quia
deus meus es tu:

Spiritus tuus bonus de-
ducet me in terram rectam pro-
pter nomen tuum domine: vi-
vificabis me in equitate tua:

Educes de tribulatione ani

mam meam : ⁊ in misericordia
tua disperdes omnes inimicos
meos :

Et perdes omnes qui tri
bulant animam meam : qm̄
ego servus tuus sum :

Gloria patri ⁊ filio : ⁊ spiri
tui sancto :

Sicut erat in principio ⁊
nunc ⁊ semper : ⁊ in secula se
culorum : amen : Antiphona :

Ne reminiscaris domine deli
cta nr̄a vel parentum nr̄orum
neqȝ vindictam sumas de pec
catis nostris : Letania

Kyrieleison :

Christeleison :

Kyrieleison
Christe audi nos
Christe exaudi nos
Pater de celis deus Mise-
rere nobis
Fili redemptor mundi de-
us. Miserere nobis
Spiritus sancte deus M.
Sancta trinitas unus de-
us. Miserere nobis.
Sancta Maria Ora p nob.
Sancta Dei genitrix Or.
Sancta Virgo virginum
Ora pro nobis.
Sancte Michael Or.
Sancte Gabriel Or.
Sancte Raphael Or.

Omnes sancti angeli ⁊ ar-
changeli dei: Orate pro nobis.
Omnes sancti beatorum
spirituum ordines: Orate
Sancte Iohannes bapt. Ora
Omnes sancti patriarche ⁊
prophete: Orate
Sancte Petre: Ora
Sancte Paule: Ora
Sancte Andrea: Ora
Sancte Iacobe: Ora
Sancte Iohannes: Ora
Sancte Philippe: Ora
Sancte Iacobe: Ora
Sancte Bartholomee Ora
Sancte Thoma: Ora
Sancte Mathee: Ora

Sancte Symon : Or
Sancte Thadee : Or
Sancte Mathia : Or
Sancte Barnaba Or
Sancte Luca : Or
Sancte Marce : Or
Omnes sancti apostoli et
euangeliste : Or
Omnes sancti discipuli do
mini : Or
Omnes sancti innocentes :
Orate pro nobis :
Sancte Stephane Or
Sancte Laurenti Or
Sancte Vincenti Or
Sancte Fabiane Or
Sancte Sebastiane Or

Sancti Iohannes ⁊ paule.
Orate pro nobis.
Sancti Geruasi ⁊ prothasi.
Orate pro nobis.
Sancti cosme ⁊ damiane. O.
Sancti dyonisi cum sociis
tuis. Orate pro nobis
Sancti mauricii cum sociis
tuis. Or.
Sancti eustasi cum sociis
tuis. Or.
Sancte georgi. or.
Sancte eutropi. or.
Sancte quintine. or.
Omnes sancti martyres. or.
Sancte siluester. or.
Sancte Gregori. or.

Sancte Martine. Or

Sancte Augustine. Or

Sancte Ambrosi. Or

Sancte Iheronyme. Or

Sancte Nicolae. Or

Sancte Bonaventura. Or

Sancte Ludovice. Or

Omnes sancti pontifices et confessores. Ort

Omnes sancti doctores. Ort

Sancte Francisce. Or

Sancte Benedicte. Or

Sancte Anthoni. Or

Sancte Dominice. Or

Sancte Bernardine. Or

Omnes sancti monachi et heremite. Ort

Omnes sancti sacerdotes
et leuite. Or
Sancta Anna Or
Sancta Maria magdalena
Sancta Agnes Or
Sancta Lucia Or
Sancta Cecilia Or
Sancta Aghata Or
Sancta Catherina Or
Sancta Barbara Or
Sancta Clara Or
Sancta Spes Or
Sancta Fides Or
Sancta Elyzabeth Or
Sancta caritas Or
Omnes sancte uirgines et
uidue continentes Or

Omnes sancti & sancte dei in-
tercedite pro nobis
Propicius esto Parce no-
bis domine
Propicius esto Exaudi
nos domine
Propicius esto Libera nos
domine
Ab omni malo Libera nos
domine
Ab omni peccato Libera
nos domine
Ab ira tua Libera nos do[mine]
Ab insidiis dyaboli L[ibera nos domine]
A subitanea & improvisa mor-
te Libera nos domine
Ab ira & odio & omni mala vo-

luntate. L.
A fulgure ⁊ tempestate. L.
A spiritu fornicationis. L.
A morte perpetua. L.
Per mysterium sancte incar
nationis tue. L.
Per aduentum tuum. L.
Per natiuitatem tuam. L.
Per baptismum ⁊ sanctum
ieiunium tuum. L.
Per crucem ⁊ passionem tu
am. Libera nos domine.
Per mortem ⁊ sepulturam
tuam. L.
Per sanctam resurrectionem
tuam. L.
Per admirabilem ascentionem

tuam L:
Per aduentum tuum L:
In die iudicij L:
Peccatores Te rogamus
audi nos
Ut nobis parcas te:
Ut nobis indulgeas te:
Ut ad ueram penitentiam nos
perducere digneris te:
Ut ecclesiam tuam sanctam
regere et conseruare digneris te:
Ut domnum apostolicum et
omnes ecclesiasticos ordines in
sancta religione conseruare dig
neris te:
Ut inimicos sancte ecclesie
humiliare digneris te:

Ut regibz ⁊ principibus
christianis pacem ⁊ ueram cō
cordiam donare digneris. Te r.
Ut cuncto populo christia
no pacem ⁊ unitatem largiri di
gneris. Te r.
Ut nosmetipsos in tuo scō
seruitio confortare ⁊ conserua
re digneris. Te r.
Ut mentes nr̄as ad celesti
a desideria erigas. Te r.
Ut omnibz benefactoribus
nostris sempiterna bona retri
buas. Te r.
Ut animas nostras fratrum
ꝓpinquorum ⁊ benefactorum no
strorum ab eterna dampnatione

eripias. te.
Ut fructus terre dare et con-
servare digneris. te.
Ut omnibus fidelibus de-
functis requiem eternam donare
digneris. te.
Ut nos exaudire digneris:
te rogamus audi nos.
Fili dei. te.
Fili dei. te.
Fili dei. te.
Agnus dei qui tollis peccata
mundi: Parce nobis domine.
Agnus dei qui tollis peccata
mundi: Exaudi nos domine.
Agnus dei qui tollis peccata
mundi: Miserere nobis.

Christe audi nos.
Christe exaudi nos
Kyrieleison
Christeleison
Kyrieleison
Pater nr̄. Et ne nos: Sed:
DEUS in adiutorium me
um intende: domine
ad adiuuandum me festina
Confundantur ⁊ reuereantur
qui querunt animam meam
Auertantur retrorsum ⁊ eru
bescant: qui uolunt mihi mala:
Auertantur statim erubescētes:
qui dicunt mihi euge euge:
Exultent ⁊ letentur in te oēs
qui querunt te: ⁊ dicant semper

magnificetur dominus qui dili
gunt salutare tuum:
Ego vero egenus et pauper
sum: deus adiuva me.
Adiutor meus et liberator
meus es tu: domine ne moreris:
Gloria patri et filio: et spiri
tui sancto:
Sicut erat in principio et
nunc et semper, et in secula seculo
rum: amen. Versus
Salvos fac servos tuos
et ancillas tuas: R. De
us meus sperantes in te: Vs. Es
to nobis domine turris fortitu
dinis: R. A facie inimici: Vs.
Nihil proficiat inimicus in nob.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. ℣. Dñe non secundum peccata nr̃a faci as nobis. ℟. Neqz secundũ iniquitates nr̃as retribuas no bis. ℣. Oremus pro .N. nr̃o. ℟. Dominus conseruet euz ⁊ uiuificet eum ⁊ beatum faciat eum in terra ⁊ non tradat eum ĩ animam inimicorum eius. ℣. Oremus pro benefactoribꝫ nostris. ℟. Retribuere dig nare domine omnibus nobis bo na facientibꝫ propter nomen sã ctum tuum uitam eternam. ℣. Oremus pro fidelibus defunctis. ℟. Requiem eternam dona eĩ

domine: ⁊ lux perpetua luceat eis:
℣. Requiescant in pace. ℟.
Amen. ℣. Pro fratribus nr̄is.
absentibꝫ. ℟. Saluos fac ser
uos tuos ⁊ ancillas tuas: deus
meus sperantes in te: ℣. Mitte
eis domine auxilium de sancto:
℟. Et de syon tuere eos: ℣.
Domine exaudi orationem meã.
℟. Et clamor meus ad te ue
niat: Oratio.
Deus cui proprium est
misereri semper ⁊ parcere suscipe
deprecationem nostram: ut nos
⁊ omnes famulos tuos quos
delictorum cathena constringit
miseratio tue pietatis absoluat.

Exaudi quesumus dn̄e supplicum preces ⁊ confitentium tibi parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus ⁊ pacem: Oratio.

Ineffabilem nobis domine misericordiam tuaz clementer ostende: ut simul nos ⁊ a peccatis omnibus exuas: ⁊ a penis quas pro his meremur deripias: Oratio:

Deus qui culpa offenderis penitentia placaris: preces ꝑpli tui supplicantis ꝓpicius respice ⁊ flagella tue iracundie que pro peccatis nr̄is meremur auerte:

Omnipotens sempiterne

deus miserere famulo tuo N.
nostro: et dirige eum secundum
clementiam tuam in viam salu
tis eterne: ut te donante tibi pla
cita cupiat et tota virtute perficiat:

DEus a quo sancta deside
ria recta consilia et iusta
sunt opera da servis tuis illam
quam mundus dare non potest
pacem ut et corda nostra manda
tis tuis dedita: et hostium sub
lata formidine tempora sint
tua protectione tranquilla:

URe igne sancti spiritus
renes nostros et cor no
strum domine: ut tibi casto cor
pore serviamus: et mundo corde

placeamus. Oratio.
Fidelium deus omnium
conditor et redemptor aīa
bus famulorum famularum qȝ
tuarum remissionem cunctorum
tribue peccatorum: ut indulgē
tiam quā semper optauerunt:
piis supplicationibus conse
quantur. Oratio.
Actiones nr̄as quesumus
domine aspirando preueni et
adiuuando prosequere: ut cunc
ta nr̄a oratio et operatio a te sem
per incipiat et per te cepta finiatur.
Omnipotens sempiterne
deus qui uiuorum dn̄a
ris simul et mortuorum: omniū

qz misereris quos tuos fide et o
pere futuros esse prenoscis: te sup
plices exoramus ut pro quibus
effundere preces decreuimus :
quosqz uel presens seculum ad
huc in carne retinet: uel futurū
iam exutos corpore suscepit: i
tercedentibz omnibz sanctis tuis
pietatis tue clementia omniū
delictorum suorum ueniam cō
sequantur: Per dominum nrz
iesum christum filium tuuz q. t. u.
et regnat in unitate spiritus sctī
deus: Per omnia secula seculorū:
Amen: ℣: Domine exaudi: ℟
Et clamor: ℣: Benedicamus do.
℟ Deo gratias: ℣: Exaudi

nos omnipotens et misericors do
minus: ℟ Amen: ℣: Fideliu
anime per misericordiam dei req
escant in pace: ℟ Amen:


O mors
ra · o · mors

Incipiunt vigilie mortuorum.

Añã. Placebo. Ps.

Dilexi quoniam exaudiet dominus vocem oracionis mee. Quia inclinavit aurem suam michi: et in diebus meis invocabo: Circumdederunt me dolores mortis: et pericula inferni invenerunt me: Tribulationem et dolorem inveni: et nomen domini invocavi. O domine libera animam meam misericors dominus et iustus. et deus noster miseretur

O MORS O

VAM O

COGITACIO TVA



Custodiens paruulos dñs: humiliatus sum ⁊ liberauit me.

Conuertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi.

Quia eripuit animam meã de morte oculos meos a lachrimis: pedes meos a lapsu.

Placebo domino: in regione uiuorum.

Requiem eternam dona eis domine: ⁊ lux perpetua luceat eis.

Aña: Placebo domino: in regiõe uiuorum. Aña: Heu me. Ps. cxix.

Ad dominum cum tribularer clamaui: ⁊ exaudiuit me.

Domine libera animaz me-
am: a labiis iniquis et a lingua
dolosa;
Quid detur tibi aut quid appo-
natur tibi: ad linguam dolosã.
Sagitte potentis acute: cũ
carbonibz desolatorijs;
Heu mihi quia incolatus
meus prolongatus ē habitaui
cum habitantibz cedar: multũ
incola fuit anima mea;
Cum his qui oderunt pacē
eram pacificus; cum loquebar il-
lis impugnabant me gratis;
Requiem eternam dona eis
domine: et lux perpetua luceat eis:
Aña: Heu me quia incolatus me⁹

prolongatus est. añ: Dominus.
LEuaui oculos meos in
montes: unde ueniet
auxilium mihi.
Auxilium meum a domino:
qui fecit celum et terram.
Non det in commotionem pe
dem tuum: neqz dormitet qui
custodit te.
Ecce non dormitabit neqz
dormiet: qui custodit israel.
Dominus custodit te domi
nus protectio tua: super manum
dexteram tuam.
Per diem sol non uret te: ne
qz luna per noctem.
Dominus custodit te ab omi

malo: custodiat animam tuaz
dominus:
Dominus custodiat introi
tum tuum et exitum tuum: ex
hoc nunc et usqz in seculum
Requiem eternam dona eis
domine: et lux perpetua luceat eis.
aña: Dominus custodit te ab
omni malo custodiat animaz
tuam dominus: aña: Si iniq
tates: Psalmus: dd:
De profundis clamaui
ad te domine: domine exaudi
uocem meam:
Fiant aures tue intenden
tes: in uocem deprecationis
mee:

Si iniquitates observaveris domine: domine quis sustinebit:
Quia apud te propiciatio est: et propter legem tuam sustinui te domine
Sustinuit anima mea in verbo eius: speravit anima mea in domino
A custodia matutina usque ad noctem: speret israel in domino.
Quia apud dominum misericordia: et copiosa apud eum redemptio
Et ipse redimet israel: ex omnibus iniquitatibus eius.
Requiem eternam dona eis

domine: et lux perpetua luceat eis.
añ: Si iniquitates obseruaue-
ris domine domine quis sustine
bit: añ: Opera: Ps. cxxxvij.
Confitebor tibi domine
in toto corde meo: quoniam au
disti verba oris mei.
In conspectu angelorum psal
lam tibi: adorabo ad templum
sanctum tuum et confitebor no
mini tuo:
Super misericordia tua et ve
ritate tua: quoniam magnifi
casti super omne nomen sanc
tum tuum:
In quacunque die inuocaue
ro te exaudi me: multiplicabis

in anima mea virtutem.
Confiteantur tibi domine
omnes reges terre: quia audierunt
omnia verba oris tui.
Ut cantent in viis domini:
quoniam magna est gloria do-
mini.
Quoniam excelsus dominus
et humilia respicit et alta a longe
cognoscit.
Si ambulavero in medio
tribulationis vivificabis me:
et super iram inimicorum meorum
extendisti manum tuam: et sal-
vum me fecit dextera tua.
Dominus retribuet pro me
domine misericordia tua in se-

tuarum opera manuum tuarum
ne despicias.
Requiem eternam dona eis
domine: et lux perpetua luceat eis.
Ana: Opera manuum tuarum
domine ne despicias. Vs: Au
divi vocem de celo dicentem mi
hi: R: Beati mortui qui in
domino moriuntur. Ana: Omne
Canticum beate marie virginis.
Magnificat: anima me
a dominum
Et exultavit spiritus meus
in deo salutari meo:
Quia respexit humilitatem
ancille sue: ecce enim ex hoc be
atam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna q
potens ē: ⁊ sanctum nomē ei⁹
Et misericordia eius a pro
genie: in progenies timentib⁹
eum:
Fecit potentiam in brachi
o suo: dispersit sup̄bos mente
cordis sui:
Deposuit potentes de sede:
⁊ exaltavit humiles:
Esurientes implevit bonis
⁊ divites dimisit inanes:
Suscepit israel puerum su
um: recordatus misericordie
sue:
Sicut locutus ē ad pr̄es
nostros: abraham ⁊ semini ei⁹

in secula

Requiem eternam dona ei domine: et lux perpetua luceat eis.

Aña: Omne quod dat mihi pater ad me veniet: et eum qui venit ad me non eiciam foras. Ps.

Lauda anima mea dominum: laudabo dominum in vita mea: psallam deo meo quamdiu fuero.

Nolite confidere in principibus in filiis hominum in quibus non est salus

Exibit spiritus eius et revertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitatio

Pr. nr. Et ne nos. Sed li.

nes eorum
Beatus cuius deus iacob
adiutor eius: spes eius in do
mino deo ipsius qui fecit celũ
⁊ terram mare ⁊ omnia que in
eis sunt:
Qui custodit veritatem ĩ
seculum facit iudicium iniuri
am pacientibus: dat escam
esurientibus:
Dominus soluit compedi
tos: dominus illuminat cecos.
Dominus erigit elisos:
dominus diligit iustos.
Dominus custodit adue
nas pupillum ⁊ viduam susci
piet ⁊ vias peccatorum disperdet

Regnabit dominus in se-
cula deus tuus syon: in gene
ratione et generationem:
Requiem eternam dona eis
domine: et lux perpetua luceat eis.
℣. A porta inferi. ℟. Erue
domine animas eorum. ℣.
Requiescant in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem
meam. ℟. Et clamor meus
ad te veniat. Oratio.
Deus qui inter apostoli
cos sacerdotes famu
los tuos pontificali seu sacer
dotali fecisti dignitate vigere
presta quesumus: ut eorum quoque
perpetuo aggregentur consortio.
Per

Deus venie largitor et
humane salutis ama
tor: quesumus clementiam tuam:
ut nostre congregationis fratres
propinquos et benefactores nostros
qui ex hoc seculo transierunt:
beata maria semper virgine int
ercedente cum omnibus sanctis tu
is: ad perpetue beatitudinis con
sortium pervenire concedas. Oratio.
Fidelium deus omnium
conditor et redemptor
animabus famulorum famula
rumque tuarum remissionem cun
ctorum tribue peccatorum ut in
dulgentiam quam semper opta
verunt piis supplicationibus

consequantur. Qui viuis et reg
nas deus: Per omnia secula se
culorum: Amen: ℣: Requiem
eternam dona eis domine: ℟:
Et lux perpetua luceat eis: ℣: Re
quiescant in pace: ℟: Amen:
Ad matutinas: Inuitatorium:
Regem cui omnia viuunt:
Venite adoremus: Psalmus:
Venite exultemus do
mino iubilemus deo
salutari nostro preoccupemus faci
em eius in confessione et in psal
mis iubilemus ei:
Regem cui omnia viuunt:
Venite adoremus:
Quoniam deus magnus do

minus: et rex magnus super omnes
deos: quoniam non repellet do
minus plebem suam quia in ma
nu eius sunt omnes fines ter:
et altitudines montium ipse
conspicit: Venite adoremus:
Quoniam ipsius est mare et
ipse fecit illud: et aridam fun
dauerunt manus eius venite
adoremus et procidamus ante
deum ploremus coram domino:
qui fecit nos quia ipse est dominus
deus noster: nos autem popu
lus eius et oues pascue eius:
Regem cui omnia viuunt:
Venite adoremus.
Hodie si vocem eius audie

ntis nolite obdurare corda
uestra sicut in exacerbatione
secundum diem temptationis i
deserto ubi temptauerunt me pa
tres uestri probauerunt et vide
runt opera mea : Venite adorem9

Quadraginta annis proxi
mus fui generationi huic et dix
i semper hi errant corde ipsi uero
non cognouerunt uias meas q
bus iuraui in ira mea : si introi
bunt in requiem meam

Regem cui omnia uiuunt.
Venite adoremus.

Requiem eternam dona eis
domine : et lux perpetua luceat eis.
Venite adoremus.

Regem cui omnia uiuunt. Venite adoremus. In primo nocturno. Aña. Dirige dñe. Ps.

Verba mea auribz percipe domine: intellige clamorem meum.

Intende uoci orationis mee: rex meus et deus meus.

Quoniam ad te orabo dñe: mane exaudies uocem meam.

Mane astabo tibi et uidebo: quoniam non deus uolens iniquitatem tu es.

Neqz habitabit iuxta te malignus: neqz permanebūt iniusti ante oculos tuos.

Odisti omnes qui operant

iniquitatem: perdes omnes q
loquuntur mendacium
Virum sanguinum et dolo
sum abhominabitur domin⁹
ego autem in multitudine mi
sericordie tue
Introibo in domum tuā:
adorabo ad templum sanctum
tuum in timore tuo:
Domine deduc me in iustici
a tua propter inimicos meos:
dirige in conspectu tuo viā meā.
Quoniam non est in ore eo
rum veritas: cor eorum vanū ē
Sepulchrum patens ē gut
tur eorum: linguis suis dolose
agebant iudica illos deus.

Decidant a cogitationibus suis secundum multitudinez impietatum eorum expelle eos quoniam irritauerunt te domine.

Et letentur omnes qui sperant in te: in eternum exultabunt et habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto.

Domine ut scuto bone voluntatis tue coronasti nos.

Requiem eternam dona eis domine: et lux perpetua luceat eis.

aña: Dirige domine deus meus in conspectu tuo viam meam.

aña: Conuertere domine. Ps.

Domine ne in furore tu
o arguas me: neqz in
ira tua corripias me:
Miserere mei domine qm̄ in
firmus sum: sana me domine
qm̄ conturbata sunt oia ossa mea
Et anima mea turbata est
valde: sz tu domine usqz quo
Conuerte domine et eripe
animam meam: saluum me fac
ꝓpter misericordiam tuam
Qm̄ non est in morte qui me
mor sit tui: in inferno autem
quis confitebitur tibi
Laboraui in gemitu meo la
uabo per singulas noctes lectu
meum lachrymis meis stratu

meum rigabo.
Turbatus est a furore oculus
meus: inveteravi inter omnes
inimicos meos.
Discedite a me omnes qui
operamini iniquitatem: quoniam ex
audivit dominus vocem fletus
mei.
Exaudivit dominus depre
cationem meam dominus ora
tionem meam suscepit.
Erubescant et conturbentur
vehementer omnes inimici
mei: convertantur et erubescant
valde velociter.
Requiem eternam. Antiphona. Con
vertere domine et eripe animam

meam quoniam non ē in mor
te qui memor sit tui: aña Ne qn.
Domine deus meus in
te speraui saluum me
fac: ex omnibꝫ persequentibus
me ⁊ libera me
Nequando rapiat ut leo a
nimam meam dum non est q
redimat neqꝫ qui saluū faciat.
Domine deus meus si feci
istud: si ē iniquitas in manibꝫ
meis.
Si reddidi retribuentibus
mihi mala: decidam merito ab
inimicis meis inanis
Persequatur inimicus aīaꝫ
meam ⁊ comprehendat ⁊ cōculcet

in terra vitam meam: et gloriam
meam in pulverem deducat.
Exurge domine in ira tua:
et exaltare in finibus inimicorum
meorum.
Et exurge domine deus me
us in precepto quod mandasti: et
synagoga populorum circumdabit
Et propter hanc in altum re
tum regredere: dominus iudi
cat populos.
Iudica me domine secundum
iusticiam meam: et secundum
innocentiam meam super me.
Consumetur nequicia pec
catorum: et diriges iustum scru
tans corda et renes deus.

Iustum adiutorium me-
um a domino: qui saluos fa-
cit rectos corde.
Deus iudex iustus fortis
et patiens: numquid irascitur
per singulos dies.
Nisi conuersi fueritis gla-
dium suum uibrauit: arcum
suum tetendit et parauit illum:
Et in eo parauit uasa mortis.
sagittas suas ardentibus effecit.
Ecce parturit iniusticiam
concepit dolorem et peperit iniqui-
tatem.
Lacum aperuit et effodit eum:
et incidit in foueam quam fecit:
Conuertetur dolor eius in

caput eius: et in verticem ipsius
iniquitas eius descendet.
Confitebor domino secundum
iusticiam eius: et psallam nomi
ni domini altissimi.
Requiem eternam. aña. Ne
quando rapiat ut leo animam
meam dum non est qui redimat
neque qui saluum faciat. vs. A
porta inferi. R. Erue domine a
nimas eorum. Ps. in. iii.
Parce mihi domine nihil
enim sunt dies mei. Quid est ho
mo quia magnificas eum: aut
quid apponis erga eum cor tuum.
Visitas eum diluculo et subito
probas illum. Usque quo non

parcis mihi nec dimittis me ut
glutiam salivam meam: Pecca
vi: Quid faciam tibi o custos
hominum: Quare posuisti me con
trarium tibi: et factus sum mihi
metipsi gravis: Cur non tollis
peccatum meum: et quare non au
fers iniquitatem meam: Ecce
nunc in pulvere dormio: et si ma
ne me quesieris non subsistam:
℟. Credo quod redemptor me
us vivit: et in novissimo die de
terra surrecturus sum: Et in car
ne mea videbo deum salvato
rem meum. ℣. Quem visurus
sum ego ipse et non alius: et oculi
mei conspecturi sunt: Et in carne.

TEdet animam meam
uite mee: dimittam ad
uersum me eloquium meum:
Loquar in amaritudine anime
mee: dicam deo. Noli me cōde
nare: Indica mihi: cur me ita iu
dices: Numquid bonum tibi
uidetur si calumnieris ⁊ oppri
mas me opus manuum tuarum
⁊ consilium impiorum adiuues:
Numquid oculi carnei tibi sunt:
aut sicut uidet homo ⁊ tu uide
bis: Numquid sicut dies hominis
dies tui ⁊ anni tui sicut humana
sunt tempora: Ut queras iniq
tatem meam: ⁊ peccatum meum
scruteris. Et scias quia nihil im

pium fecerim: cum sit nemo q
de manu tua possit eruere. R:
Qui lazarum resuscitasti a mo
numento fetiduz: Tu eis dñe
dona requiem et locum indulgē
tie. V: Qui venturus es iudi
care vivos et mortuos et seclm
per ignem: Tu eis domine. Lm.
Manus tue domine fece
runt me et plasmaue
runt me totum in circuitu: et
sic repente precipitas me: Me
mento queso quod sicut lutū
feceris me et in pulverem redu
ces me: Nonne sicut lac mul
sisti me: et sicut caseum me coa
gulasti: Pelle et carnibz vestisti

me ossibus et neruis compegisti
me: Vitam et misericordiam tri
buisti mihi: et visitatio tua cu
stodiuit spiritum meum. R.
Domine quando veneris iudi
care terram: ubi me abscondam
a vultu ire tue: Quia peccaui nimis
in vita mea. V. Commissa
mea pauesco et ante te erubesco
dum veneris iudicare noli me
condemnare: Quia peccaui. In
secundo nocturno. Antiphona. In loco.
Dominus regit. Psalmus. Dominus regit
me et nihil mihi deerit
in loco pascue ibi me collocauit.
Super aquam refectionis edu
cauit me: animam meam conuertit

Deduxit me super semitas
iusticie propter nomen suum:
Nam et si ambulavero in me
dio umbre mortis: non timebo
mala quoniam tu mecum es
Virga tua et baculus tuus
ipsa me consolata sunt
Parasti in conspectu meo men
sam: adversus eos qui tribulant
me
Impinguasti in oleo caput
meum: et calix meus inebrians
quam preclarus est
Et misericordia tua subseq
tur me: omnibus diebus vite mee:
Et ut inhabitem in domo
domini: in longitudinem dierum.

Requiem eternã : aña In lo-
co pascue ibi me collocauit : aña
Delicta iuuentutis : Ps:
Ad te domine leuaui aĩaʒ
meam : deus meus in te confido
non erubescam
Neqʒ irrideant me inimici
mei : etenim uniuersi qui susti-
nent te non confundentur
Confundantur omnes i-
iqua agentes superuacue
Vias tuas domine demõ-
stra mihi : ⁊ semitas tuas edo-
ce me :
Dirige me in ueritate tua ⁊
doce me : q̃ tu es deus saluator
meus : ⁊ te sustinui tota die

Reminiscere miserationum
tuarum domine: ⁊ misericordia
rum tuarum que a seculo sunt:
Delicta iuuentutis mee: ⁊
ignorantias meas ne memineris.
Secundum misericordiam
tuam memento mei tu: propter
bonitatem tuam domine.
Dulcis ⁊ rectus dominus:
propter hoc legem dabit delin
quentibus in via.
Diriget mansuetos in iudi
cio: docebit mites vias suas:
Uniuerse vie domini miseri
cordia ⁊ veritas requirentibus
testamentum eius ⁊ testimonia eius
Propter nomen tuum domine.

propiciaberis peccato meo: multum
est enim.
Quis est homo qui timet do
minum: legem statuit ei in via
quam elegit.
Anima eius in bonis demo
rabitur: et semen eius heredita
bit terram.
Firmamentum est dominus
timentibus eum: et testamentum
ipsius ut manifestetur illis.
Oculi mei semper ad domi
num quoniam ipse evellet de
laqueo pedes meos.
Respice in me et miserere mei:
quia unicus et pauper sum ego.
Tribulationes cordis mei

multiplicate sunt: de necessita
tibus meis erue me.
Vide humilitatem meã &
laborem meum: & dimitte uniu
sa delicta mea:
Respice inimicos meos qui
multiplicati sunt & odio iniquo
oderunt me:
Custodi animã meam & eru
e me: non erubescam quoniam
speraui in te.
Innocentes & recti adheserunt
mihi: quia sustinui te.
Libera deus israel: ex omni
bus tribulationibus suis.
Requiem eternam: aña. De
licta iuuentutis mee: & ignorã

tias meas ne memineris domine:
Aña: Credo videre. Ps:
Dominus illuminatio me
a: ⁊ salus mea quem timebo.
Dominus protector vite me
e: a quo trepidabo.
Dum appropiant super me
nocentes: ut edant carnes meas:
Qui tribulant me inimici
mei: ipsi infirmati sunt ⁊ ceciderūt.
Si consistant adversū me
castra: non timebit cor meum.
Si exurgat adversum me p
lium: in hoc ego sperabo.
Unam petij a domino hāc
requiram: ut inhabitem ĩ domo
domini omnibꝫ diebꝫ vite mee:

Ut videam voluntatem domini:
et visitem templum eius.
Quoniam abscondit me in
tabernaculo suo in die malorum
protexit me in abscondito taber-
naculi sui.
In petra exaltavit me et nunc
exaltavit caput meum super
inimicos meos.
Circuivi et immolavi in ta-
bernaculo eius hostiam vocife-
rationis cantabo et psalmum
dicam domino.
Exaudi domine vocem meam
qua clamavi ad te miserere mei
et exaudi me.
Tibi dixit cor meum exqui

siuit te facies mea faciem tuā
domine requiram.
Ne auertas faciem tuā a me:
ne declines in ira a seruo tuo.
Adiutor meus esto domīe
ne derelinquas me: neqȝ despi
cias me deus salutaris meus.
Quoniam pr̄ meus ⁊ mater mea
dereliquerunt me: dominus au
tem assumpsit me.
Legem pone mihi domine
in uia tua ⁊ dirige me in semita
recta propter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas
tribulantium me: qm̄ insurrexe
runt in me testes iniqui ⁊ menti
ta ē iniquitas sibi

Credo videre bona domini.
in terra viventium
Expecta dominum viriliter
age: et confortetur cor tuum: et susti
ne dominum:
Requiem eternam: Ant. Cre
do videre bona domini: in terra
viventium. Vs. Collocet eos
dominus cum principibz. R.
Cum principibz populi sui. Pr
nr. Et ne nos. Lectio.
Responde mihi: Quantas
habeo iniquitates et peccata: sce
lera mea et delicta ostende mihi.
Cur faciem tuam abscondis et ar
bitraris me inimicum tuum?
Contra folium quod vento ra

pitur ostendis potentiam tuā.
⁊ stipulam siccam persequeris.
Scribis enim contra me amari
tudines: ⁊ consumere me uis
peccatis adolescentie mee: Posu
isti in neruo pedē meum: ⁊ ob
seruasti omnes semitas meas.
⁊ uestigia pedum meorum con
siderasti. Qui quasi putredo con
sumendus sum: ⁊ quasi uesti
mentum qd comeditur a tinea.
R. Memento mei deus quia uen
tus est uita mea. Nec aspiciat
me uisus hominis. V. De pro
fundis clamaui ad te domine:
domine exaudi uocem meam.
Nec aspiciat me uisus hoīs.

Homo natus de mulie
re breui uiuens tempo
re repletur multis miseriis: Qui
quasi flos egreditur et conterit
et fugit uelut umbra et nunq̃
in eodem statu permanet: Et di
gnum ducis super huiuscemo
di aperire oculos tuos: et addu
cere eum tecum in iudiciũ: Quis
potest facere mundum de immũ
do cõceptum semine: Nonne
tu qui solus es: Breues dies
hominis sunt: numerus men
sium eius apud te est: Constitu
isti terminos eius: qui preteriri
non poterunt: Recede ergo pau
lulum ab eo ut quiescat donec

optata ueniat: et sicut mercennarii dies eius. R. Heu mihi domine quia peccaui nimis in uita mea: quid faciam miser: ubi fugiam nisi ad te deus meus: Miserere mei dum ueneris in nouissimo die. V. Anima mea turbata est ualde: sed tu domine succurre ei. Miserere mei dum ueneris.

Quis mihi hoc tribuat ut in inferno protegas me: et abscondas me donec pertranseat furor tuus: et constituas mihi tempus in quo recorderis mei: Putas ne mortuus homo rursum uiuat: Cunctis diebus quibus nunc milito expecto do

nec ueniat: immutatio mea:
Vocabis me et ego respondebo tibi
Operi manuum tuarum porriges
dexteram: Tu quidem gressus
meos dinumerasti: sed parce peccatis
meis. Rx. Ne recorderis peccata
mea domine: Dum ueneris iudicare
seculum per ignem. Vs. Dirige
domine deus meus in conspectu
tuo uiam meam: Dum ueneris.
In tercio nocturno. antiphona.
Complaceat tibi. Ps. xl.
Expectans expectaui dominum:
et intendit mihi.
Et exaudiuit preces meas
et eduxit me de lacu miserie et de
luto fecis.

Et statuit supra petrã pedes meos: ⁊ direxit gressus meos.

Et immisit in os meum cãticum nouum carmẽ deo nostro.

Videbunt multi ⁊ timebunt. ⁊ sperabunt in domino.

Beatus uir cuius ẽ nomen domini spes eius: ⁊ non respexit in uanitates ⁊ insanias falsas.

Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua: ⁊ cogitationibus tuis non est quis similis sit tibi.

Annunciaui ⁊ locutus sum: multiplicati sunt super numerum.

Sacrificium ⁊ oblationem noluisti aures autem perfecisti mi.

Holocaustum ⁊ pro pecca
to non postulasti tunc dixi ecce
uenio
In capite libri scriptum ē
de me ut facerem uoluntatem
tuam deus meus uolui: ⁊ legē
tuam in medio cordis mei
Annunciaui iusticiam tuā
in ecclesia magna ecce labia me
a non prohibebo domine tu scisti
Iusticiam tuam non abscō
di in corde meo ueritatem tuam
⁊ salutare tuum dixi
Non abscōdi misericordiā
tuam ⁊ ueritatem tuam: a con
silio multo
Tu autem domine ne lōge

facias miserationes tuas a me.
misericordia tua et veritas tua
semper susceperunt me.
Quoniam circumdederunt me ma
la quorum non est numerus: com
prehenderunt me iniquitates
mee et non potui ut viderem.
Multiplicate sunt super ca
pillos capitis mei: et cor meum
dereliquit me.
Complaceat tibi domine
ut eruas me: domine ad adiu
vandum me respice.
Confundantur et revereantur
simul qui querunt animam me
am: ut auferant eam.
Convertantur retrorsum et

reuereantur. qui uolunt mihi
mala.
Auertantur confestim confusio
nem suam: qui dicunt mihi eu
ge euge.
Exultent et letentur super
te omnes querentes te et dicant
semper magnificetur dominus:
qui diligunt salutare tuum:
Ego autem mendicus sum
et pauper: dominus sollicitus est
mei.
Adiutor meus et protector
meus tu es deus meus ne tar
daueris.
Requiem eternam. An̄. Cō
placeat tibi domine ut eruas.

me domine ad adiuuandum me
Respice. añã: Sana dñe.
Beatus qui intelligit sup
per egenum et pauperem in die ma
la liberabit eum dominus.
Dominus conseruet eum
et viuificet eum: et beatum faciat
eum in terra: et non tradat eum in
animam inimicorum eius.
Dominus opem ferat illi su
per lectum doloris eius: vniuersum
stratum eius versasti in infir
mitate eius.
Ego dixi domine miserere
mei: sana animam meam quia
peccaui tibi
Inimici mei dixerunt mala

mihi: quando morietur et peribit
nomen eius.
Et si ingrediebatur ut videret
vana loquebatur. cor eius congre
gabit iniquitatem sibi.
Egrediebatur foras: et loque
batur in idipsum.
Adversum me susurrabant
omnes inimici mei: adversum
me cogitabant mala mihi.
Verbum iniquum constitu
erunt adversum me: numquid
qui dormit non adiiciet ut resur
gat.
Etenim homo pacis mee i
quo speravi: qui edebat panes
meos magnificavit super me.

supplantationem:

Tu autem domine miserere
mei: et resuscita me et retribuam
eis.

In hoc cognovi quoniam voluisti
me quoniam non gaudebit in-
imicus meus super me

Me autem propter innocen-
tiam suscepisti: et confirmasti me
in conspectu tuo in eternum

Benedictus dominus deus
israel a seculo et in seculum fiat
fiat.

Requiem eternam. an. Sa-
na domine animam meam quia
peccavi tibi. an. Sitivit.
Quemadmodum deside-

rat ceruus ad fontes aquarũ:
ita desiderat anima mea ad te deus.
Sitiuit anima mea ad deũ
fontem uiuum quando ueniã
⁊ apparebo ante faciem dei.
Fuerunt mihi lachryme
mee panes die ac nocte: dũ dicit
mihi cotidie ubi est deus tuus:
Hec recordatus sum ⁊ effudi
in me animam meam: qm̃ tran
sibo in locum tabernaculi admi
rabilis usq; ad domum dei.
In uoce exultationis ⁊ cõ
fessionis: sonus epulantis:
Quare tristis es anima mea
⁊ quare conturbas me:
Spera in deo quoniam ad

huc confitebor illi : salutare vul
tus mei & deus meus
Ad me ipsum anima mea cõ
turbata ẽ : propterea memor e
ro tui de terra iordanis & hermo
nii a monte modico
Abyssus abyssum invocat.
in voce cataractarum tuarum.
Omnia excelsa tua & fluctus
tui : super me transierunt.
In die mandavit dominus
misericordiam suam : & nocte ca
ticum eius
Apud me orõ deo vite mee
dicam deo susceptor meus es.
Quare oblitus es mei & q̃
re contristatus incedo : dum affli

git me inimicus.
Dum confringuntur ossa
mea exprobraverunt michi: q
tribulant me inimici mei.
Dum dicunt michi per singu
los dies: ubi ē deus tuus: quare
tristis es anima mea: et quare co
turbas me.
Spera in deo qm adhuc cō
fitebor illi: salutare vultus mei
et deus meus.
Requiem eternam. an. Siti
vit anima mea ad deum fontē
vivum quando veniam et appa
rebo ante faciem domini. V.
Ne tradas bestiis animas con
fitentes tibi. R. Et animas.

pauperum tuorum ne obliuisca
ris in finem. Ps. ut q. L.
Spiritus meus atte vii.
nuabitur: dies mei breuiabū
tur. & solum michi superest sepul
chrum. Non peccaui & in amari
tudinibz moratur oculus meus.
Libera me domine & pone me iux
ta te: & cuiusuis manus pug
net contra me. Dies mei tran
sierunt cogitationes mee dissi
pate sunt torquentes cor meū.
Noctem uerterunt in diē: & rur
sum post tenebras spero lucem.
Si sustinuero infernus domus
mea ē: & in tenebris straui lectu
lum meum. Putredini dixi: Pr

meus es: mr̄ mea ⁊ soror mea u
mibus. Ubi est ergo nunc presto
latio mea ⁊ paciencia mea? Tu
es domine deus meus. R. Pec
cantem me cotidie ⁊ non peni
tentem timor mortis conturbat me.
Q̄r in inferno nulla ē redemptio
miserere mei deus ⁊ salua me.
V. Deus in nomine tuo sal
uum me fac: ⁊ in uirtute tua libe
ra me. Q̄r in infer. Lectio viii
Pelli mee consumptis car
nibꝫ adhesit os meum: ⁊ dereli
cta sunt tantummodo labia cir
ca dentes meos. Miseremini
mei miseremini mei saltē uos
amici mei q̄r manus domini

tetigit me. Quare persequimini
me sicut deus: et carnibus meis sa
turamini. Quis mihi hoc tribu
at ut scribantur sermones mei.
Quis mihi det ut exarentur in
libro stilo ferreo et plumbi lami
na uel celte sculpantur in silice.
Scio enim quod redemptor meus
uiuit et in nouissimo die de terra
surrecturus sum: et rursum circum
dabor pelle mea: et in carne mea
uidebo deum saluatorem meum:
Quem uisurus sum ego ipse et ocu
li mei conspecturi sunt: et non alius.
Reposita est hec spes mea in sinu
meo. R. Domine secundum actum
meum noli me iudicare: nihil

dignum in conspectu tuo egi:
ideo deprecor maiestatem tuã:
Ut tu deus deleas iniquitatem
meam. ℞: Amplius lava me
domine ab iniusticia mea et a de
licto meo munda me. Ut tu ds.
Quare de vulva eduxisti
me: qui utinam con
sumptus essem: ne oculus me
videret: fuissem quasi non es
sem de utero translatus ad tu
mulum: Nunquid non pauci
tas dierum meorum finietur
brevi: Dimitte ergo me dñe ut
plangam paululum dolorem
meum antequã vadam et non re
vertar: ad terram tenebrosam et

opertam mortis caligine: Ter
ram miserie et tenebrarum: ubi
umbra mortis et nullus ordo: sed
sempiternus horror inhabitat
R. Libera me domine de mor
te eterna in die illa tremenda.
Quando celi mouendi sunt et
terra: Dum ueneris iudicare
seculum per ignem. Vs. Treme
factus sum ego et timeo dum dis
cussio uenerit atque uentura
ira. Quando celi mouendi. Vs.
Dies illa dies ire calamitatis
et miserie dies magna et amara
ualde: Dum ueneris. Vs. Req
em eternam dona eis domine et
lux perpetua luceat eis. R. Libera me

dñe de morte eterna in die illa
tremenda: Quando celi mouē
di sunt ⁊ terra. Dum veneris iu
dicare seculum per ignem. Ad
laudes. ā. Exultabunt. Ps. d.
Miserere mei deus: secun
dum magnam miseri
cordiam tuam: ut s. aña. Exul
tabunt domino ossa humilia
ta. aña. Exaudi. Ps.
Te decet hymnus deus
in syon: ⁊ tibi reddetur votū
in iherusalem
Exaudi orationem meam
ad te omnis caro veniet
Verba iniquorum preualu
erunt super nos: ⁊ impietatibꝫ

nr̄is tu propiciaberis.
Beatus quem elegisti ⁊ as-
sumpsisti: inhabitabit in atriis
tuis.
Replebimur in bonis dom⁹
tue sanctum ē templum tuum
mirabile in equitate.
Exaudi nos deus salutaris
nr̄ spes omnium finium terre: ⁊
in mari longe.
Preparans montes in vir-
tute tua accinctus potentia: qui
conturbas profundum maris
sonum fluctuum eius.
Turbabuntur gentes ⁊ ti-
mebunt qui habitant terminos
a signis tuis exitus matutini

et vespere delectabis

Visitasti terram et inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam.

Flumen dei repletum est aquis: parasti cibum illorum quoniam ita est preparatio eius.

Rivos eius inebrians multiplica genimina eius: in stillicidiis eius letabitur germinans.

Benedices corone anni benignitatis tue: et campi tui replebuntur ubertate.

Pinguescent speciosa deserti et exultatione colles accingentur.

Induti sunt arietes ovium: et valles habundabunt

frumento: clamabunt etenim
hymnum dicent
Requiem eternam. añ. Ex
audi domine orationem meã
ad te omnis caro veniet. añ. Me.
Deus deus meus ad te
de luce vigilo.
Sitivit in te anima mea: q̃
multipliciter tibi caro mea
In terra deserta in via ⁊ in
aquosa sic in sc̃o apparui tibi:
ut viderem virtutem tuam ⁊
gloriam tuam
Quõ melior est misericordia
tua super vitas labia mea lau
dabunt te.
Sic benedicam te in vita

mea: et in nomine tuo leuabo
manus meas.
Sicut adipe et pinguedine
repleatur anima mea: et labiis
exultationis laudabit os meum.
Si memor fui tui super stra
tum meum in matutinis me
ditabor in te: quia fuisti adiu
tor meus.
Et in uelamento alarum
tuarum exultabo: adhesit anima
mea post te me suscepit dextera
tua.
Ipsi uero in uanum quesie
runt animam meam introibunt
in inferiora terre: tradentur in
manus gladii partes uulpium

erunt

Rex uero letabitur in deo
laudabuntur omnes qui iurāt
in eo quia obstructum est os loquē
tium iniqua

Deus misereatur nr̄i ⁊ bene
dicat nobis illuminet uultū
suum super nos ⁊ misereatur nr̄i

Ut cognoscamus in terra ui
am tuam: in omnibus gentibꝫ
salutare tuum

Confiteantur tibi populi de
us confiteantur tibi populi oēs.

Letentur ⁊ exultent gentes
qm iudicas populos in equita
te ⁊ gentes in terra dirigis

Confiteantur tibi populi

deus: confiteantur tibi ppli oes
terra dedit fructum suum
Benedicat nos deus deus
nr. benedicat nos deus: et metu
ant eum omnes fines terre
Requiem eternam. aña Me
suscepit dextera tua domine:
aña A porta inferi. Ps.
Ego dixi in dimidio di
erum meorum: vadam ad por
tas inferi.
Quesiui residuum annoru
meorum: dixi non uidebo do
minum deum in terra uiuentiu
Non aspiciam hominem
ultra: et habitatorem quietis
Generatio mea ablata e et

conuoluta ē a me: quasi taber
naculum pastorum.
Precisa ē uelut a texente
uita mea: dum adhuc ordirer
succidit me: de mane usqꝫ ad
uesperam finies me.
Sperabam usqꝫ ad mane
quasi leo sic contriuit omnia
ossa mea.
De mane usqꝫ ad uesperaꝫ
finies me: sicut pullus hyrū
dinis sic clamabo meditabor
ut columba.
Attenuati sunt oculi mei:
suspicientes in excelso.
Domine uim pacior respōde
pro me: quid dicam aut quid

respondebit michi cum ipse fecerit
Recogitabo tibi omnes an
nos meos: in amaritudine a
nime mee
Domine si sic viuitur et in
talibus vita spiritus mei corri
pies me et viuificabis me ecce in
pace amaritudo mea amarissima.
Tu autem eruisti animam
meam ut non periret proiecisti
post tergum tuum omnia pec
cata mea.
Quia non infernus confi
tebitur tibi neque mors lauda
bit te: non expectabunt qui
descendunt in lacum veritatem tuam
Viuens viuens ipse confite

bitur tibi sicut et ego hodie p[illegible]
filiis: notam faciet veritatem
tuam.
Domine saluum me fac: et
psalmos nros cantabimus cu[n]
ctis diebz vite nre in domo dni.
Requiem eternam. An. A por
ta inferi erue domine animas
eorum. Aña. Ois spirit[us]
Laudate dominum de ce
lis: laudate eum in excelsis.
Laudate eum omnes āgeli
eius: laudate eum omnes vir
tutes eius.
Laudate eum sol et luna:
laudate eum omnes stelle et lu
men.

Laudate eum celi celorum
et aque omnes que super celos
sunt laudent nomen domini.
Quia ipse dixit et facta sunt:
ipse mandavit et creata sunt
Statuit ea in eternum et in
seculum seculi: preceptum po-
suit et non preteribit:
Laudate dominum de terra
dracones et omnes abyssi
Ignis grando nix glacies
spiritus procellarum: que faci-
unt verbum eius:
Montes et omnes colles: li-
gna fructifera et omnes cedri
Bestie et universa pecora: ser-
pentes et volucres pennate

Reges terre et omnes populi
principes et omnes iudices terre.
Iuuenes et uirgines senes
cum iunioribus laudent nomen
domini: quia exaltatum est nomen
eius solius.
Confessio eius super celum
et terram: et exaltauit cornu po-
puli sui.
Hymnus omnibus sanctis
eius. filiis israel populo appro-
pinquanti sibi.
Cantate domino canticum
nouum: laus eius in ecclesia sanctorum.
Letetur israel in eo qui fecit
eum: et filie syon exultent in rege suo.
Laudent nomen eius in-

choro: in tympano et psalterio
psallant ei.
Quia beneplacitum est do
mino in populo suo: et exalta
uit mansuetos in salutem.
Exultabunt sancti in glori
a: letabuntur in cubilibus suis.
Exultationes dei in guttu
re eorum: et gladii ancipites
in manibus eorum.
Ad faciendam uindictam
in nationibus: increpationes in
populis.
Ad alligandos reges eorum
in compedibus: et nobiles eorum
in manicis ferreis.
Et faciant in eis iudicium

conscriptum: gloria hec est oi
bus sanctis eius.
Laudate dominum in sa
ctis eius: laudate eum in firma
mento virtutis eius.
Laudate eum in virtutibz
eius: laudate eum secdz multitu
dinem magnitudinis eius
Laudate eum in sono tube
laudate eum in psalterio ⁊ cy
thara.
Laudate eum in tympão
⁊ choro: laudate eum in cor
dis ⁊ organo.
Laudate eum in cymbalis
benesonantibz: laudate eum i
cymbalis iubilationis: omnis

spiritus laudet dominum :-
Requiem eternam. añ. Ois
spiritus laudet dominum. ℣.
Audiui vocem de celo dicentē
mihi. ℟. Beati mortui qui ī
domino moriuntur. aña. Ego.
Benedictus dominus
deus israel: quia visita
uit ⁊ fecit redemptionem ple
bis sue
Et erexit cornu salutis no
bis: in domo dauid pueri sui.
Sicut locutus ē per os scō
rum: qui a seculo sunt, pphēta
rum eius
Salutem ex inimicis nris
⁊ de manu omnium qui oderūt

nos.

Ad faciendam misericordi
am cum patribȝ nr̄is: ⁊ memora
ri testamenti sui sancti.

Iusiurandum quod iurauit
ad abraham patrem nr̄m: datur̄
se nobis.

Ut sine timore de manu ini
micorum nostrorum liberati serui
amus illi.

In sanctitate ⁊ iusticia corā
ipso omnibȝ diebus nostris.

Et tu puer: propheta altissi
mi uocaberis: preibis enim ante
faciem domini parare uias ei⁹.

Ad dandam sciētiā salutꝭ ple
bi ei⁹: in remissionem peccator̄

corum
Per uiscera misericordie dei
nri: in quibus uisitauit nos ori
ens ex alto.
Illuminare his qui in tene
bris et in umbra mortis sedent ad
dirigendos pedes nros in uiam
pacis.
Requiem eternam. an. Ego
sum resurrectio et uita qui credit
in me etiam si mortuus fuerit
uiuet: et omnis qui uiuit et cre
dit in me non morietur in eter
num: Pater nr. Et ne. Ps.
De profundis clamaui
ad te domine domine exaudi
uocem meam: ut s. A porta

inferi: Erue domine animas
eorum. Requiescant in pace.
Amen. Domine exaudi. Et cla:

Partem beate resurrectio
nis optineant anime
omnium fidelium defunctorũ
uitamq; eternam habere mere
antur in celis: Per te iesu christe
saluator mundi: rex glorie. Qui
uiuis et regnas deus: Per omnia
secula seculorum. Amen. Req
escant in pace. amen.

